TITVLI ASIAE MINORIS

VOL. II FASC. I

TITVLI ASIAE MINORIS

COLLECTI ET EDITI

AVSPICIIS ACADEMIAE LITTERARVM VINDOBONENSIS

VOLVMEN II

TITVLI LYCIAE

LINGVIS GRAECA ET LATINA CONSCRIPTI

FASCICVLVS I

PARS LYCIAE OCCIDENTALIS CVM XANTHO OPPIDO

ENARRAVIT

ERNESTVS KALINKA

VINDOBONAE MDCCCCXX

IN AEDIBUS ALFREDI HOELDER

TYPIS EXPRESSIT RVDOLPHVS M. ROHRER BRVNAE

Plus novem annos imprimebatur hoc volumen. etenim post mortem Ottonis Benndorf, qui horum in Austria studiorum auctor titulos Telmessi Xanthi aliorumque oppidorum ad Xanthum fluvium sitorum ipse enarrare coeperat, mox vero mihi totam mandavit operis molem, hortatu Roberti de Schneider maturavi lineamenta editionis titulorum omnium Lyciae Graecorum et Latinorum; ac postquam illo quoque praematura morte absumpto cum Aemilio Reisch qui his etiam num praeest negotiis occasione oblata sedulo de iis consultavi quae ad absolvendam operis formam addenda corrigenda immutanda essent, vere anni 1910 primae paginae typis quos vocamus impressae sunt et equidem enixe operam dedi ut volumen emitteretur. itaque mora duorum lustrorum „utinam ne tota viribus nostris detur" ut Ottonis Benndorf verbis (TAM I p. VI) utar „nedum voluntati quae honesta est et a levi ambitione aliena". sed quae praeter difficultates angustiasque a belli huius ingentis diuturnitate atque immanitate natas quibus librariorum munus impediebatur ac diu intermittebatur operi perficiendo obsistebant, longum est taedetque enumerare et iam conterere oblivione praestabit.

Iam vero meum est rationes huius editionis peculiares et exponere et comprobare. ac primum quidem et gravissimum eius officium mihi semper videbatur omnia large suppeditare quaecumque ad constituenda interpretationis fundamenta opus sunt. quae non tantum litteris ipsis earumque formis ac levissimis vestigiis continentur sed etiam natura magnitudine specie monumenti in quo sunt incisae. itaque in monumentis describendis ac data facultate etiam adumbrandis ne multi videremur, Benndorf ipse in prooemio primi voluminis prospexit. accedit quod regiones quas huius editionis causa pervestigavimus adeo remotae sunt ab usu negotiorum et consuetudine itinerum, ut non tam facile quam opera in Graecia vel Italia sita quilibet revisere possit; quam ob rem quod uberius effudimus quae nobis suppetebant, quis criminetur? summa vero opera et cura in titulos ipsos eorumque litteras erat impendenda; in qua re iis plerumque copiis potuimus niti, quas ipsi comparavimus itineribus, quae Benndorf annis 1881 et 1882 cum multis sociis (E. Loewy, F. de Luschan, G. Niemann, E. Petersen, R. de Schneider, F. Studniczka), 1892 cum duobus praeter me (E. Hula et E. Krickl), deinde ego 1894 et 1895 cum R. Heberdey, 1908 cum J. Zingerle, denique 1898 Heberdey et Zingerle soli susceperunt; tum enim titulorum exempla conscripsimus et ectypa quae solent vocari confecimus aut temporis angustiis coacti altero utro subsidio acquiescebamus. atqui cum permagni intersit cui fidem habeas ac nosse iuvet, quando quemque lapidem invenerimus, semper ut in priore volumine adscripsi quis quo anno titulum descripsisset vel ectypum fecisset. sicut enim fides exempli scripti vertitur in fide eius qui scripsit, similiter omnia eiusdem lapidis ectypa eandem legendi facultatem praebere negabit quisquis in iis legendis versatus erit; quamquam quod minus contigit ut in ectypo omnia quae in lapide apparerent, saepe non tam neglegentiae aut temeritati vitio vertendum est quam loci temporis tempestatis iniquitati quae augetur festinatione talium itinerum. ut igitur tot homines docti operas coniunxerunt ad ectypa paranda, sic in iis legendis, quamquam ipse ad unum omnia haec oculis perlustravi, magnam eorum partem primus e charta in qua impressae sunt litterae ad chartam ubi pinguntur transtuli, non pauca etiam atque etiam perscrutatus sum, multum me praeter ceteros adiuverunt Heberdey et Zingerle amici. in quod negotium quantum insumendum fuerit adsidui laboris, merito iudicare non potest, qui non ipse lapides illius provinciae corrosos adesos pertusos vidit eorumque ipse titulos inscriptos legere conatus est. quid quod Benndorf, ut unum exemplum proferam pro multis, tres illos sarcophagos Carmylessios (120—122) praefracte negavit inscriptos esse, quorum scripturam quanta quotiensque redintegrata et oculorum et mentis intentione tandem adsecutus sim vix potest dici.

Quas igitur litteras vocesque ex isto ingenii certamine quasi reportavimus, studiorum sociis ita proponere potuimus, ut litteris minusculis quae dicuntur solis uteremur sicut Dittenberger Dessau Michel aliique atque in primis plerique papyrorum editores, et ita proponere debuimus si consilium Udalrici de Wilamowitz-Moellendorff (conf. Gött. gel. Anz. 1900 559 sqq.) secuti id maxime egissemus ne tanti liber constaret. at maluimus omnibus eum quaestionibus firmo esse fundamento itaque imaginem titulorum reddi quam verissimam, qua quisque usus, praesertim ubi litterarum pars tam misere exstincta et deleta est ut nos quidem non omnia enodaverimus neque ad certum percipiendi finem pervenerimus, ipse lectionem et interpretationem multo maiore fiducia instituere corrigere amplificare posset quam si iis eum simpliciter niti oporteret quae editor quamvis religiosissimus enucleasset. quam viam Benndorf potissimum praemuniverat, quem longius quam debuit progressum esse cum plane omnes titulos imaginibus reddi voluit quis neget? quod autem imagines, quarum aliam alio tempore alius iuvenis doctus adumbravit et pars earum ante plus XXX annos orta est, non omnes eadem ratione confectae sunt nedum perfectae, quis miretur aut quis non excuset animo aequo? neque crimini, immo laudi nobis ut ducatur speramus futurum esse, quod, sicubi hoc vel illud minus recte adumbratum curis posterioribus visum erat, in adnotatione libere professi meliorem substituimus lectionem. at si quaeras cur non omnia vel plurima sola lucis ope, qua nihil propius veram speciem accedit, reddenda curaverimus, in promptu est quod iam Benndorf in prooemio illo admonuit hoc in Lycia quidem „numquam fere propter incredibilem detritum lapidis calcarii" fieri potuisse. ubi vero nulla in legendo difficultas restabat neque alia de causa imago accurata desiderari videbatur, verba litteris minusculis transscribere, formas autem litterarum summatim significare collibitum est. rarius fixas illas litterarum figuras collocandas curavi, quippe quibus imago congruens totiens potius simuletur quam reddatur ut exsistat periculum ne temere iis confisus inducare in errores. atque quia editiones antiquiores velut Fellowsianos libros CIG BCH minus sollicitas de specie titulorum paene semper uno eodemque litterarum typo ut ita dicam contentas fuisse inter doctos constat, quamvis diversa fuerit figura litterarum quales in ipsis lapidibus legebantur, ne exempla quidem litterarum ex iis recipere posterisque tradere ausus sum.

Quo maiorem autem curam et industriam ad titulos reddendos et legendos adhibuimus, eo minus necesse videbatur renovare quicquid ante nos de iis prolatum erat, neque in nominandis auctoribus titulorum quos ipsi in itineribus nostris recuperavimus ultra CIG regressus sum ne vanis nominibus coacervandis paginas complerem. non enim huius editionis est demonstrare, quis quemque titulum qui etiam num exstat primus viderit et magis minusve recte legerit, sed quam certissime et copiosissime constituere ac definire quae in eo legantur. quos vero titulos non ipsi nos vidimus descripsimus expressimus sed e libris

tantum aliorum repetivimus aut quos alii ante nos pleniores quam nos atque adeo integros legerant, eos ita edidi ut illorum auctorum testimonia omni qua par erat diligentia adferrem.

Inter hos doctos optime de Lycia meriti sunt Fellows, qui annis 1838 et 1840 Lyciam peragravit, Schoenborn, qui titulos anno 1841 descriptos Augusto Boeckh ut auctori Corporis inscriptionum Graecarum permisit, Ross de Bladensburg, cuius exemplaribus Le Bas uti poterat, Daniell socius itineris quod Spratt et Forbes vere anni 1842 susceperunt. cum vero Daniell iuvenis morte praepropera abreptus esset, illi eius socii titulos lingua Lycia conscriptos Danieli Sharpe amico edendos tradiderunt, Graecorum ipsi paucos ediderunt in libri sui voluminis II p. 266 sqq. ubi haec legimus p. 266: „The transcripts were made chiefly by Mr. Daniell; and such as were copied by his companions, were, in most cases, carefully collated by him. The memorandum-books containing these inscriptions have been deposited by us in the British Museum, and Mr. Birch will probably give an account of their contents. In the meantime, we have selected from among them those which throw new light on the geography of ancient Lycia, and the other provinces visited during our journey.“ Birch autem quod illi promiserant praestitisse numquam videtur. eo melius evenit quod Benndorf anno 1884 in museo Britannico si non ipsum illum librum Daniellis at tamen alium manu scriptum repperit, in quo impressa sunt verba „Lycian antiquities Birch“ et insunt praeter cetera, quae ad antiqua Lyciae monumenta pertinent, a p. 269 ad p. 514 tituli, quos ex illo libro Daniellis repetitos esse Benndorf inde collegit quod saepius Daniellis vel potius Danielis nomen adscribitur (Benndorf: Dann folgen ersichtlicherweise obwohl nicht deutlich als solche bezeichnet Kopien aus dem Memorandumbook von Daniel). plurima huius partis cum Benndorf descripsisset, in usum huius editionis ita converti, ut si quid alicuius esset momenti, sive titulus aliunde non erat notus sive ad titulum cuius lectio non omnino certa esset hoc illudve conferri poterat, semper nomine Birch adscripto proferrem. decem vero annis postquam Benndorf hoc negotium absolverat, partem titulorum quos Birch in illo codice collegerat G. F. Hill in lucem protulit Journ. hell. st. 1895 XV 116 sqq. (Inscriptions from Lycia and Pisidia copied by Daniell and Fellows), ubi haec exponit: „The Library of the Department of Greek and Roman Antiquities in the British Museum possesses a manuscript volume containing a large collection of notes on the antiquities of Lycia made at different times by Samuel Birch. A considerable part of the volume appears to be a transcript from the papers of E. T. Daniell, the scholar who accompanied Spratt and Forbes on their travels in Lycia in 1842. Daniell copied a large number of inscriptions in Lycia, the Cibyratis, Pisidia and Pamphylia, some of which were published by his fellow-travellers in the second volume of their journal. It is particularly unfortunate that Daniell did not live to publish the results of his labours, as they have clearly suffered very seriously at the hands of others. What became of his original MS. is not known, only one page apparently in his hand remaining incorporated in Birch's volume. Birch's copies must be received with a considerable amount of caution, particularly as regards the forms of the letters. . . . . . The volume has of course been seen by various scholars, who have made use of it in various ways. Some extracts from it were made by Benndorf, and references will be found to it in the Notes to the second volume of the Reisen in Lykien etc. The inscriptions here published are selected from the hitherto unpublished ones contained in the MS. I have been careful to avoid to the best of my power the repetition of anything that has already seen the light, mentioning only important variations from already published documents. . . . . . A few pages included in Birch's volume include transcripts from copies made by Sir Charles Fellows in his third expedition, and there are two pages in Fellows' own handwriting. Some of the inscriptions found on these pages have been included in what follows on the same principle as those owing to Daniell.“

At inter eos auctores quibus fides habenda sit cave numeres Bailium, cuius Fasciculus inscriptionum quamquam in Corpore inscriptionum Graecarum et a Le Bas ad titulos restituendos adhibetur, tamen iam Waddington indignatus illum seseque ipsum a Bailio in errores saepius inductos esse hoc iudicium ut severum ita iustum tulit ad Le Bas 1276: „Comme les copies publiées par Bailie ont été corrigées après coup, on ne sait jamais au juste ce qu'il y avait sur la copie et ce qu'il a changé plus tard. Du reste il avertit lui-même ses lecteurs du système déplorable qu'il a suivi: Lectores commonefactos velim quod inscriptiones ab omni fere parte expurgatae accedunt non quales inter describendum exaravi.“ et ad Le Bas 1300: „Depuis que j'ai entre les mains“, inquit Waddington, „les copies d'inscriptions faites par M. Ross de Bladensburg et communiquées à Le Bas par Borrell, j'ai acquis la conviction qu'une portion considérable des inscriptions publiées par Bailie et notamment celles de la Lycie ont été données d'après le manuscrit de Ross, corrigé et amendé par Bailie et non d'après des copies faites par Bailie lui-même et que par conséquent les textes de Bailie n'ont aucune valeur pour la critique . . . . . . J'ajouterai que lorsqu'il n'a pas copié une inscription lui-même il se sert généralement de l'expression descriptum habui.“ ut vero ipse quanta Bailie temeritate levitate protervitate mutaverit et commenta inculcaverit tibi persuadeas, videas quaeso quo modo titulum 360 Xanthium funditus depravaverit atque corruperit.

Quid? quod in titulis mutilatis, quales in Lycia nimios esse constat, cum litteras quae saxo praebentur quam diligentissime indagavimus, non plus dimidium operis absolutum est. nam restat ut eas interpretati suppleamus. in quo negotio arduo me maiore quam profiteri possum liberalitate adsiduitate sagacitate adiuvit J. Zingerle amicus, cuius familiari ut ita dicam antiquae Asiae minoris scientiae contigit ut multos obscuros locos illustraret multos desperatos sanaret. praeter hunc Rudolpho Heberdey, Guilelmo Kubitschek, Adolpho Wilhelm ac nuperrime Ludovico Radermacher maximas ago gratias quod tantum temporis tantumque laboris contulerunt in emendandas paginas ut aliis studiorum sodalibus non nimium relictum esse improbandum sperem. denique pio memini animo Ottonis Benndorf, qui scidulas quae ad Telmessum et oppida Xantho fluvio propinqua pertinent singulari studio praeparaverat et commentario complura eximiae doctrinae documenta intexuit, quae suo loco ipsius verbis servatis proferam. ipse autem cum etiam supplementa nimis incerta addidi, id spectavi ut quantum facere possem certe aliquam viam et rationem monstrarem litteras a ruina vindicatas magis minusve apte coniungendi sanamque sententiam recuperandi, licet commodius fuerit penitus manus abstinere.

De ratione quam in transscribendis titulorum verbis observavi ea potissimum proponere et probare convenit quae a consuetudine talium editionum differunt. ac primum quidem quoniam sicut alii inscriptam verba exarandi rationem ita retinui ut cum lapidario proferrem αἴτερος τῦς τέκνυς ποιαλεῖδα ἀποτείσι ἥροα ἑατοῦ ἐλέξας, non dubitavi similiter litteram ι mutam omittere nisi in saxo legitur, nec timeo ne quis prudens me insimulet ita facultati commode intellegendi parum consuluisse; immo periculum est ne ratione contraria praesertim iis locis, quorum lectio vel interpretatio dubia est, tali ι temere addito mens praeter necessitatem occupetur. accedit quod ne in latina quidem lingua ut ablativus cognoscatur supra a litteram apex poni solet. deinde etiam eo scripturam titulorum imitatus sum quod in iis maxime titulis, quorum non imaginem sed sola verba reddidi, si quod spatium inter litteras casu quodam relictum erat, easdem litteras in transscribendo diremi spatio. in nominibus autem propriis neque Graecae nec Latinae originis accentu spirituque abstinere malui, nisi certis de causis quo modo pronuntiata sint concludi potest. in Latinis vero consonantium v et i, ubi Graecis litteris ου et ι redduntur, ita rationem habendam censui ut numquam accentu vocalem earum naturam urgerem, praesertim cum Kallenberg Rhein. Mus. 1912 LXVII 11 sq. Dionysium ante tale ου hiatum non vitavisse demonstraverit; velut Γάιου vel Γαίου (ubi accentus ad priorem dipthongi partem α pertinet cum ι

paene in consonantem abierit ut in βιαίου = biái̯u) et Νέρουα scripsi quia certe nemo Graecus Γαΐου vel Νερούα locutus est. eadem de causa non Κόϊντος sed Κοΐντος scribendum est, conf. Schweizer Gramm. der pergam. Inschriften 69. uncos vero, quibus litterae includi solent quae omnino perierunt, ad eas quoque adhibui significandas, quarum reliquiae tales sunt ut non minus facile ad figuras aliarum similium litterarum possint revocari, si nullam quidem aut vicinarum litterarum aut sententiae rationem habes, velut ΛᵞᴾⱵ/ΙΟΣ Αὐρήλ]ιος quia ΛᵞᴾⱵ per se non minus reliquiae litterarum ΔΧΒΕ esse possunt quam ΑΥΡΗ. si vero sententia vel facultas vocabuli constituendi respiceretur, Αὐρήλιος sine unco scribere debes etiam si nihil superest nisi / ΓΡⱵ/ ΟΣ.

Vix est quod adfirmem nos omnes qui quidem nobis noti sint titulos illarum regionum hoc volumine complecti praeter paucos eos quorum nihil est reliquom nisi litterae discerptae aut singula vocabula volgaria sine contextu sententiae. ceteros vero titulos, quamvis pauca certo legi possint, tamen quodam modo restituere, quoad fieri poterat, me conatum esse iam supra dixi et excusavi. sed cautiores fuimus in temporibus eorum definiendis neque exemplum secuti sumus eorum qui sive e litterarum sive e nominum formis sive e sermone certissima temporis indicia lucrari sibi visi sunt; namque magis magisque quam lubricum hoc esset fundamentum persuasimus nobis.

COMPENDIA

(conf. TAM I p. 1 sq.)

Bailie = Fasciculus inscriptionum, Graecarum potissimum, ex Galatia, Lycia, Syria, et Aegypto, quas apud sedes celeberrimas chartis mandatas et nunc denuo concinnatas, notisque et indicibus amplissimis instructas, edidit Jacobus Kennedy Bailie. Dublin-London 1849

BCH = Bulletin de correspondance hellénique

Birch = liber eius manu scriptus in quo plurima e Memorandum-book Daniellis repetita sunt (conf. p. IV)

Dessau = Inscriptiones Latinae selectae ed. Dessau I 1892, II 1 1902, II 2 1906, III 1 1914, III 2 1916

Dittenberger = Sylloge inscriptionum Graecarum ed. Dittenberger I [2] 1898, II [2] 1900, I [3] 1915, II [3] 1917

Dittenberger Suppl. = Orientis Graeci inscriptiones selectae ed. Dittenberger I 1903, II 1905

Hammer = J. v. Hammer, Topographische Ansichten, gesammelt auf einer Reise in die Levante 1811

Heberdey-Kalinka = Bericht über zwei Reisen im südwestlichen Kleinasien, ausgeführt von Heberdey und Kalinka 1896 (Denkschriften der kais. Akademie der Wissenschaften in Wien XLV 1)

Jahrbuch = Jahrbuch des deutschen archäol. Instituts

Jahreshefte = Jahreshefte des österreichischen archäol. Instituts

IGRom. = Inscriptiones Graecae ad res Romanas pertinentes (quarum editor multa quae nondum edita erant e nostris scidulis recepit) III 2 1903, III 3 1904, III 5 1906

Journ. hell. st. = The Journal of Hellenic Studies

Lanckoroński = Städte Pamphyliens und Pisidiens unter Mitwirkung von G. Niemann und E. Petersen herausgegeben von Karl Grafen Lanckoroński I 1890, II 1892

Le Bas = Ph. Le Bas-W. H. Waddington, Inscriptions grecques et latines recueillies en Grèce et en Asie mineure III 1870

Michel = Michel, Recueil d'inscriptions grecques 1900

PIR = Prosopographia imperii Romani saec. I II III 1897/8

P.-Wiss. = Paulys Realenzyklopädie der klassischen Altertumswissenschaft, herausgegeben von Wissowa

Reisen I = Reisen in Lykien und Karien, beschrieben von O. Benndorf und G. Niemann 1884

Reisen II = Reisen in Lykien Milyas und Kibyratis, herausgegeben von E. Petersen und F. v. Luschan 1889

Ritter = C. Ritter, Die Erdkunde von Asien IX, Kleinasien II (= Die Erdkunde XIX 3 2) 1859

Roscher = Ausführliches Lexikon der griechischen und römischen Mythologie, herausgegeben von W. H. Roscher

Spratt-Forbes = Travels in Lycia Milyas and the Cibyratis in company with the late Rev. E. T. Daniell by T. A. B. Spratt and E. Forbes 1847

PARS PRIMA

TELMESSVS ET VICINIA

I TELMESSVS (MAKRI)



Reisen I tab. XIV

Telmessus urbs qua aetate condita sit definiri non potest neque certum eius documentum superest antiquius titulis inscriptis linguae Lyciae quinque (TAM I 1—5). namque quae Herodotus I 78 et 84 de Telmessiis Croesi aetate claris vatibus memoriae prodidit, potius ad Telmessum oppidum Cariae referenda sunt templo Apollinis et arte vaticinandi celeberrimum quod LX stadia ab Halicarnasso distare Polemo testatus est (conf. Suidam Τελμισσεῖς et Fragm. histor. Gr. coll. C. Müller III 125 = Polemonis fragm. 35). ex illis autem paucis linguae Lyciae titulis cave concludas a Lyciis i. e. ab eo hominum genere cuius et linguam et scripturam e centum quinquaginta titulis inscriptis didicimus conditam esse Telmessum cuius ipsum nomen terminatione ησσος est insigne aliena a nominibus oppidorum in quibus plurimi tituli linguae Lyciae inscripti sunt (conf. TAM I p. 10). quamquam mirum est quod in eodem nomine Telmessi nomen Termilarum quod Herodotus VII 92 Lyciis indidit videtur latere. at temporibus antiquissimis per plura saecula Telmessios non fuisse coniunctos cum Lyciis certum est. etenim V. saeculo Athenienses cum tributorum rationes referebant Telmessios a Lyciis segregabant, nam in tabulis sexagesimae tributorum Ol. 83/3 (IG I 234) Τελεμήσσιοι collocantur ante Λύκιοι καὶ συντελεῖς et in laterculo tributorum Ol. 88/4 (IG I 37) post Φασηλῖται. atque etiam Romani cum anno 189 a. Chr. pacis cum Antiocho condiciones constituerent Telmessum exemerunt e Lycia; neque continuo post exitum Attalorum, id quod e Strabone XIV 3 4 colligere possis, Telmessus addicta est Lyciae, quia etiam in bello Mithradatico si modo fidem habes

verbis Appiani Μιθριδ. 24 Telmessii a Lyciis separati erant. sed ut iam saeculo IV. expeditione Periclis regis coacti (vid. Theop. Philipp. XII 101 Grenfell-Hunt) societatem Lyciorum inierant (conf. Scyl. 100 Geogr. Gr. min. recogn. C. Müller I p. 74: πόλεις Λυκίοις αἵδε· Τελμισσὸς κτλ), ita primo certe saeculo a. Chr. in foedus Lyciorum receptam esse urbem nummis demonstratur (vid. Head Hist. numorum² 698), quamquam non in sex primis societatis oppidis ducebatur. inde ex hoc tempore semper erat coniuncta cum Lycia, itaque ut alia omittam apud Melam I 15 82 et Plinium N. H. V 27 101 legimus: „quae Lyciam finit (urbs) Telmesos" et in Συνεκδήμῳ Hieroclis Τελμισὸς numeratur inter oppida ἐπαρχίας Λυκίας.

Sed iam singula testimonia perlustremus, quibus quae fuerint fortuna et res gestae Telmessiorum illustretur. Suidas (conf. Phot., Apostolii cent. XVI 24, Etymol. M., Fragm. histor. Gr. coll. C. Müller IV 394 = Dionysii Chalcidensis fragm. 4): Τελμισσὸς δὲ πόλις ἐν Λυκίᾳ ἀπὸ Τελμισσοῦ τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ μιᾶς τῶν Ἀντήνορος θυγατέρων ᾗ ἐμίγη εἰς σκύλακα μεταβαλών· διὸ καὶ τερατοσκόπον αὐτὸν ἐποίησεν ὥς Διονύσιος ἐν Κτίσεσι (Eustath. ad Dionysii perieg. 859: ταύτην [Termessum] τινὲς διὰ τοῦ λ γράφουσι Τελμισσὸν καὶ λέγουσιν ὅτι Τελμισσὸς ἡ πόλις πλεονασμὸν ἔπαθεν ἐπεντεθέντος τοῦ λ· ἐκλήθη γὰρ ἀπὸ Τεμισσοῦ τοῦ Ἀπόλλωνος ὥς φησιν Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ περὶ παθῶν). Theopompi Philipp. XII 101 (Grenfell-Hunt) = 111 (Müller): περιέχει ὁ δωδέκατος λόγος . . . καὶ ὡς Λύκιοι πρὸς Τελμισσεῖς ἡγουμένου αὐτοῖς τοῦ σφῶν βασιλέως Περικλέους ἐπολέμησαν καὶ οὐκ ἀνῆκαν πολεμοῦντες ἕως αὐτοὺς τειχήρεις ποιήσαντες καθ' ὁμολογίαν παρεστήσαντο. Arriani Anab. I 24 4: ἔπειτα (Alexander) εἰσβαλὼν εἰς Λυκίαν Τελμισσέας μὲν ὁμολογίᾳ προσηγάγετο. Polyaen. V 35: Νέαρχος Κρὴς κατέσχε Τελμησσὸν Ἀντιπατρίδου κρατοῦντος. κατέπλευσε μὲν ἐς τὸν λιμένα Νέαρχος. ἐπεὶ δὲ Ἀντιπατρίδης παλαιὸς ὢν φίλος ἀπὸ τῆς ἄκρας κατέβη πρὸς αὐτὸν καὶ διελέξαντο περὶ ὧν ἐβούλοντο ὁ Κρὴς ἔφη βούλεσθαι γυναῖκας ἀποθέσθαι παρ' αὐτῷ καὶ παῖδας δεδεμένους . . . . . ὡς δ' εἴσω τῆς ἄκρας ἐγένοντο. οἵ τε τὰς γυναῖκας καὶ τοὺς παῖδας ἄγοντες σπασάμενοι τὰ ἐγχειρίδια καταλαμβάνουσι τὴν ἄκραν καὶ τῆς Τελμησσοῦ Νέαρχος ἐκράτησεν. post mortem vero Alexandri et vicissitudines temporum quae sequebantur Telmessii cum Lyciis in dicionem Ptolemaeorum redacti sunt et Ptolemaeo III regnante Ptolemaeum quendam Lysimachi filium Telmessi dominatum esse e TAM II 1 discimus. Liv. XXXVII 16: (a. 190 a. Chr.) „postremo tamen fusi fugatique sunt Lycii atque in urbem (= Patara) compulsi et Romani cum haud incruenta victoria ad naves redierunt, inde in Telmessicum profecti sinum qui latere uno Cariam altero Lyciam contingit" . . . XXXVII 56: (a. 189 a. Chr.) „de summa rerum senatus constituit. Lycaoniam omnem et Phrygiam utramque et Mysiam . . . et Cariam . . . et castella vicosque ad Maeandrum amnem et oppida nisi quae libera ante bellum fuissent Telmesson item nominatim et castra Telmessium praeter agrum qui Ptolemaei Telmessii fuisset, haec omnia quae supra sunt scripta regi Eumeni iussa dari. Rhodiis Lycia data extra eundem Telmessum et castra Telmessium et agrum qui Ptolemaei Telmessii fuisset, hic et ab Eumene et ab Rhodiis exceptus". XXXVIII 39: (a. 188 a. Chr.) „Telmessum (Q. Fabius Labeo) eadem expeditione territis subito adventu classis oppidanis recipit". Polyb. XXI 48 8 sqq.: (a. 188 a. Chr.) μετὰ δὲ ταῦτα (οἵ τε δέκα καὶ Γναῖος ὁ στρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων) Ῥοδίοις ἐχρημάτισαν διδόντες Λυκίαν καὶ Καρίας τὰ μέχρι Μαιάνδρου ποταμοῦ πλὴν Τελμισσοῦ. περὶ δὲ τοῦ βασιλέως Εὐμένους καὶ τῶν ἀδελφῶν ἔν τε ταῖς πρὸς Ἀντίοχον συνθήκαις τὴν ἐνδεχομένην πρόνοιαν ἐποιήσαντο καὶ τότε τῆς μὲν Εὐρώπης αὐτῷ προσέθηκαν Χερρόνησον . . . . . τῆς δ' Ἀσίας Φρυγίαν . . . Μυσοὺς . . . Λυκαονίαν Μιλυάδα Λυδίαν Τράλλεις Ἔφεσον Τελμισσόν. Strabo XIV 3 4: μετὰ δ' οὖν τὰ Δαίδαλα τὸ τῶν Λυκίων ὄρος πλησίον ἐστὶ Τελμησσὸς πολίχνη Λυκίων καὶ Τελμησσὶς ἄκρα λιμένα ἔχουσα. ἔλαβε δὲ τὸ χωρίον τοῦτο παρὰ Ῥωμαίων Εὐμένης ἐν τῷ Ἀντιοχικῷ πολέμῳ. καταλυθείσης δὲ τῆς βασιλείας ἀπέλαβον πάλιν οἱ Λύκιοι. Appiani Μιθριδ. 24: ἐν δὲ τούτῳ (88 a. Chr.) Ῥόδιοι τά τε τείχη σφῶν καὶ τοὺς λιμένας ἐκρατύναντο καὶ μηχανὰς ἅπασιν ἐφίστανον καί τινες αὐτοῖς Τελμισέων τε καὶ Λυκίων συνεμάχουν. episcopum autem Telmessi primum Gams (Series episcoporum 449) tribuit anno fere 370 p. Chr. denique addere iuvat quod legitur in Notit. episc. VIII et IX: Τελεμισσοῦ ἤτοι Ἀναστασιουπόλεως (inter oppida ἐπαρχίας Λυκίας, unde intellegitur Telmessum aliquamdiu Anastasio potius II (713—716) quam I (491—518) regnante nomine imperatoris esse honoratam antequam inciperetur Μάκρη nominari.

Nominis huius urbis plures formae traduntur: Τελμησσός Τελεμησσός Τελμησός Τελμι(σ)σός (conf. Böckh-Fränkel Staatshaushaltung der Athener II 488 sq.), inter quas speciem genuinae prae se fert Τελμησσός; e qua in ore Graecorum quasi sponte Τελεμησσός oriri potuit (conf. Meisterhans-Schwyzer Grammatik der attischen Inschriften 69, Kretschmer Vaseninschriften 125 sq.), quae forma non solum titulis Atticis (IG I 37 et 234) aliisque, sed etiam comoedia Aristophanis, quae inscripta erat Τελεμησσῆς (vid. Com. fragm. ed. Kock I 528—541) et a Koerte Gordion (= Jahrbuch V. Erg.-Heft 1904) p. 13 sq. (de quo loco me Wilhelm admonuit) ad Caricos illos refertur vates, confirmatur; aetate autem inferiore qua η et ι vocales similiter pronuntiari coeptae sunt Τελμισσός scribebatur. quamquam enim iam Polybii codices hanc formam testari videntur, tamen cave inde de scriptura Polybii ipsius quicquam colligas, quoniam talibus in rebus ullam fidem certam ne melioribus quidem codicibus haberi posse constat. tituli vero inscripti ut sinceri consuetudinis aetatis suae testes ad unum omnes consentiunt (sicut nummi qui omnes habent ΤΕΛΜΗ) in forma Τελμησσός, quae duplici σ terminationis illius notissimae insignis est. neque dubium est, quin Τελμησσός ad eandem stirpem sit referendum ac Τερμησσός (conf. Lanckoroński Städte Pamphyliens und Pisidiens II 12); nam ut saepius λ pro ρ, ρ pro λ substituitur, ita tituli Lycii loco nominis Πίναρα praebent ΠΕΝΡΛΛ vel ΠΕΛΛΛ, conf. Τέρμερα—Τέρμελα in Caria. atque etiam Τευμησσός nomen montis et oppidi Boeotiae vix secernere licet, cum apud Cretes quidem ευ ex ελ, αυ ex αλ nonnumquam ortum sit, conf. Brugmann-Thumb Griech. Gramm. 95, Thumb Griech. Dialekte 127, Roscher Lex. III 2926. inde apparere videtur eandem gentem quae in Pisidia et ad Oenoanda oppida Τερμησσοῦ nomine condidit* atque oppidis Lyciae et Cariae imposuit nomen Τελμησσοῦ (cuius vestigia etiam in Sicilia Macedonia Syria deprehenduntur) quondam pertinuisse usque in Boeotiam. quae autem fuerit illa gens, eos opus non est docere qui antiquissimis Graeciae Asiaeque minoris rebus indagandis operam dederunt (conf. Kretschmer Einleitung in die Geschichte der griech. Sprache 401 sqq.). maximi vero momenti est similitudo nominum Τερμησσός et ΤΡΧΜΕΛΕ = Τερμίλαι quo nomine ipsi Lyciae incolae se vocitaverunt; in illis enim eadem radix latet aucta terminationibus ησσός et ίλος; conf. Τέρμερα(ελα). quae cum ita sint, forma Τερμησσός habenda est genuina; sed urbs de qua nunc est sermo semper quod quidem sciamus Τελμησσός nominata est. quam ob rem equidem alios secutus nomen ΤΛΛΛΒΛ+Ε quod in titulo Lycio TAM I 26 et in nummis Lyciis saeculi V. a. Chr. legitur ad Telmessum rettuleram, quam opinionem iam non sustinere audeo praesertim cum non facile intellegatur ratio litterae B; accedit quod ante expeditionem Periclis Lyciorum regis quam Treuber (Geschichte der Lykier 103[1]) optimo iure priori dimidio saeculi IV a. Chr. tribuit Telmessii omnino nondum coniuncti erant cum Lyciis.

Telmessus sita erat intimo in recessu sinus Glauci cuius pars orientalis tantum inciditur in terra ut instar habeat portus praesertim cum aditus paene totus praecludatur insula longa Μάκρας vel Μάκριδος nomine. a qua insula, cuius parietinas ceteraque monumenta ipse 1892 cum Hula et Krickl itineris sociis perlustravi** frustra sperans nos aliquid antiqui reperturos esse, vicus qui loco Telmessi in ora meridiana illius portus hodie exstat nomen traxit Μάκρη, quod nomen

* quod idem nomen etiam in Hispania invenitur.


** J. v. Hammer Topographische Ansichten 93: „Das Eiland steigt in drey Anhöhen auf. Eine derselben an jeglichem Ende und eine in der Mitte. Jede Anhöhe ist mit einem Schlosse gekrönt, jedes Schloß mit fensterlosen Thürmen und geräumigen Cisternen versehen." conf. Texier Description de l'Asie mineure III 191.

primum apparet quod ego quidem noverim inter nomina subscripta actis concilii anni 879 (conf. praeterea Notit. episc. X et XIII = Nova tactica ed. Gelzer 1427). a meridie ab hoc vico conspicuus est mons arce munitus in quo et ipso et ad orientem multa sepulcra excisa sunt e rupibus. horum sepulcrorum partem egregiam imagine quae e Reisen I tab. XIV repetita est reddendam curavi. de arce autem in qua moenia et turres castelli aevi quod vocatur medii conspiciuntur Hula 1892 haec conscripsit: „Die Akropolis, auf der im späten Mittelalter eine stattliche Burg errichtet wurde, fällt gegen Süd und West steil ab. In der nördlichen Mauer öffnet sich eine nach West gerichtete Pforte, deren Deckbalken eine Inschrift (n. 54) trägt. Sie führt zu einem sanft ansteigenden Plateau, über dem sich die eigentliche Burg erhebt; südöstlich von jener Pforte ein Eingang mit einem Turm, in den vier Inschriften vermauert sind; besonders stark befestigt ist die Westseite. In der Felswand Kammern und Löcher für Votive. Ganz oben große Cisterne." praeter illa vero et alia sepulcra antiqua quae usque in vias vici pertinent et dispersos lapides edolatos vel inscriptos vel imagine ornatos nulla fere antiquitatis vestigia inveniuntur. quid? quod iam ne theatra quidem remanserunt, quorum maius ad occidentem a vico in ipso litore situm magnitudine et arte animos ceperat (conf. M. G. F. A. comte de Choiseul Voyage pittoresque de la Grèce I 1782 tab. 72*, W. M. Leake Journal of a tour in Asia minor 1824 p. 320, Fellows Asia minor 244, Texier Description de l'Asie mineure III 187 n. 224 tab. 177 et 178, Ritter Erdkunde XIX 952, Reisen I 39[2]), sed sensim dirutum est cum eius saxa ad aedificia publica exstruenda adhibita sunt**, minus autem in latere arcis septemtrionali situm iam ante hos LXX annos paene totum perierat (conf. Hoskyn Journal of royal geogr. society of London 1842 XII 146). quae cum ita sint, alia quoque aedificia antiqua hominum temeritate recentiorum funditus deleta esse possunt. nec vero eis solis crimini danda est ista misera ruina. nam magna urbis pars maris fluctibus hausta est, quia terrae solum non Telmessi tantum sed totius Lyciae orae altius desedisse constat***. itaque praeter cetera nunc eminet ex aquis sarcophagus imaginibus ornatus cuius formam e Reisen II fig. 1 repetivi (conf. Fellows Lycia 112 sq.); deinde saxa aedificiorum quadrata eiusdemque generis fragmenta velut epistylii Ionii ipse conspexi in mari cum ad Macram insulam navigarem; denique quae iam ipso fere mari quodam modo subluuntur speluncas ingentes iuxta theatrum (conf. Ritter 952) et fundamenta muri antiqua supra quae medio aevo iterum murus exstructus erat (conf. Hammer 96) antea longius a litore afuisse certum est (Hula 1892: „die untere ‚Johanniterburg' beim Hafen, in deren Mauer besonders Ehrendekrete vermauert sind, was vielleicht auf die Nähe der Agora schließen läßt"). tamen Hammero qui totam urbem in mare demersam esse sibi persuasit non adsentior quia arx antiqua cuius Polyaenus mentionem fecit eodem loco ac medii aevi castellum quin collocata fuerit dubitare non possum.

* Forma theatri, quam Choiseul proponit, ita est comparata, ut cavea, qua 27 gradus continentur, quorum inter 14. et 15. praecinctio (διάζωμα) patet, in 7 cuneos dividatur, radius orchestrae paene 16^{m} longus sit, scaena autem ad 50^{m} longa, quae fere 16^{m} ab orchestra distat, quinque portis sit insignis. Texier vero 9 cuneos ostendit et scaenam non multo plus 40^{m} longam esse nec multo plus 8^{m} ab orchestra distare indicat.

** Reisen I 39: „Man erkennt seine Existenz nur an ein paar Mauerstücken, die von dem Bühnengebäude übrig geblieben sind, und an der Höhlung, in welcher der Stufenbau des Zuschauerraumes sich erhob."


*** conf. A. Philippson Reisen und Forschungen im westlichen Kleinasien (Ergänzungsheft 183 zu Petermanns Mitteilungen 1915) 92 sq.



Reisen II ex fig. 1

A DECRETA

I Tabula discissa marmoris albi nunc ad 1 m alta, 0·41 m lata, 0·105 m crassa; anno 1892 Macri apud Luisidim; Bérard eam invenerat 'un peu au-dessous de la citadelle franque, à l'ouest du téké actuel'. „Schriftfeld 0·855 m hoch, Giebel jetzt bis 0·075 m hoch, Ablauf unten 0·04 m hoch, Buchstaben 0·01 m."




Ἀγαθῆι τύχηι.
Βα]σιλεύοντος Πτολεμαίου τοῦ Πτολε-
μα]ίου καὶ Ἀρσινόης θεῶν Ἀδελφῶν ἔτους — i. e. mense fere Februario anni 240 a. Chr.
ἑβδ]όμου μηνὸς Δύστρου ἐφ' ἱερέως Θεοδό-
το]υ τοῦ Ἡρακλείδου, δευτέραι, ἐκκλησίας κυ-
ρία]ς γενομένης, ἔδοξε Τελμησσέων
τ]ῆι πόλει· Ἐπειδὴ Πτολεμαῖος ὁ Λυσιμά-
χ]ου παραλαβὼν τὴν πόλιν παρὰ βασιλέ-
ως Π]τολεμαίου τοῦ Πτολεμαίου κακῶς
διακει]μένην διὰ τοὺς πολέμους ἔν τε τοῖ[ς
ἄλλοις] ἐπιμελόμενος διατελεῖ κοινῆι τε τῶν
πολιτ]ῶν καὶ ἰδίαι ἑκάστου [κ]αὶ ὁρῶν ἐν πᾶσιν
θλιβο]μένους ἀφεῖκεν ἀτελεῖς τῶν τε ξυλί-
νων] καρπῶν καὶ ἐννομίων, ἐποίησε δὲ καὶ τῆς
σιτ]ηρᾶς ἀπομοίρας καὶ ὀσπρίων πάντων καὶ κέ[ν?-
χρ]ου καὶ ἐλύμου καὶ σησάμου καὶ θέρμων, πρό-
τε]ρον τελωνουμένους σκληρῶς, κατὰ τὸν
νό]μον τελεῖν δεκάτην μετροῦντας νατα (sic)
τῶ]ι τε γεωργῶι καὶ τῶι δεκατώνηι, τῶν δὲ λο[ι-
πῶ]ν τῶν συγκυρόντων τῆι σιτηρᾶι ἀπομ[οί-
ραι ἀ]φῆκεν πάντων ἀτελεῖς· δεδόχθαι Τελ-
μη]σσεῦσιν ἐπαινέσαι τε [Π]τολεμαῖον ἐπὶ [πᾶ-
σι?]ν εὐνοίας ἕνεκεν ἣν ἔχων διατελεῖ εἰς τὴ[ν
πό]λιν τὴν Τελμησσέων καὶ ἱδρύσασθαι ὑ-
πὲ]ρ αὐτοῦ Διὶ Σωτῆρι βωμὸν ἐν τῆι ἀγορᾶι ἐν
τῶ]ι ἐπιφανεστάτωι τόπω[ι] καὶ θύειν κατ' ἐνια[υ-
τὸ]ν ἐν μηνὶ Δύστρωι τῆι ἑνδεκάτηι βοῦν τρι-
έτ]ην, συμπορεύεσθαι δὲ πάντας τοὺς π[ο-
λί]τας καὶ τοὺς παροίκους ἐπὶ τὴν θυσίαν· ἐὰ[ν
δὲ] μὴ συντελῆι ὁ ἄρχων καὶ οἱ πολῖται τὴν
θυσ]ίαν κατ' ἐνιαυτόν, ἁμαρτωλοὶ ἔστωσαν
θεῶ]ν πάντων καὶ ἀποτ(ι)νέτω ὁ ἄρχων ἱερὰς
τοῦ] Διὸς τοῦ Σωτῆρος δρα[χ]μὰς χιλίας, ἐὰ[ν
μὴ] διὰ πόλεμον εἴργηται τὴν θυσίαν συ[ν-
τελεῖ]ν· τὸ δὲ ψήφισμα τοῦτο ἀναγραψάτω ὁ ἄρ-
χω]ν εἰς στήλην λιθίνην καὶ στησάτω ἐν τῶι
τῆ]ς Ἀρτέμιδος ἱερῶι ἐν τῶ[ι] ἐπιφανεστάτωι τό-
πω]ι, τὸ δὲ γενόμενον ἀνήλωμα ἀνενενκάτ[ω
τ]ῆι πόλει.

Anno 1892 contuli, quae Bérard BCH 1890 XIV 162 sqq. n. 1 ediderat, et ectypum feci. (Strack Dynastie der Ptolemäer 236 n. 51, Michel 547, Dittenberger Suppl. I 55, Revenue Laws [Mahaffy] p. LII sqq., Sokolov Žurnal minist. narodn. prosv. 1902 CCCXXXXIII 399 sqq.) v. 14 sqq. conf. Rostowzew Philol. 1904 suppl. IX 361 sq. et Studien zur Geschichte des röm. Kolonates (1. Beiheft zum Archiv f. Papyrusforschung 1910) 278 sq.; v. 15 οἰν]ηρᾶς Mahaffy, sed conf. v. 20; v. 18 ΝΑΤΑ scriptura mendosa videtur sicut ἀποτνέτω v. 32; num ἔναντα (= coram)? ab Arnim: ναστὰ (μέτρα); „Quae Mahaffyo in mentem venerunt ΑΝΤΑ (adverbium) ΠΑΝΤΑ ΑΥΤΑ non probabilia sunt neque quod illi maxime placet νεατά (i. e. arva, agros aratos, a verbo νεάω) mihi arridet" Ditt.; Rostowzew Studien 279[1]: μετρῶν τὰ δίκαια; v. 22/3 Ἐπίγονον Holleaux, Stern, de Groot, sed conf. Bouché-Leclercq Histoire des Lagides IV 312.

„Qui eponymus dicitur Theodotus Heraclidis f., sacerdos esse videtur Dianae Telmessiae, in cuius delubro decretum collocandum erat, non Alexandri et Ptolemaeorum, ut placuit Berardio [et Dittenbergero]. honoratur Ptolemaeus Lysimachi f. propter merita in urbem conlata, quam bellis laborantem acceperat a Ptolemaeo rege, ac perpetuantur merita illa ita, ut qui ad memoriam liberatae patriae celebrandam saepius inserviret cultus institueretur Διὸς Σωτῆρος. bella intellegenda sunt Ptolemaei Euergetae contra Seleucum II et Rhodios gesta.“ Benndorf. Quin Lysimachus ille frater Ptolemaei III fuerit et Ptolemaeus Lysimachi f. idem sit quem etiam anno 189 agrum Telmessium tenuisse Livius XXXVII 56 narrat, post ea quae luculenter Wilhelm Gött. gel. Anz. 1898 209 sqq. et Dittenberger exposuerunt (conf. Sokoloff Klio 1904 IV 108 et R. Laqueur Quaestiones epigr. et papyrolog. 1904 82 sqq.) ego quidem non iam dubito; dissentiunt Holleaux Revue de philol. 1894 XVIII 119 sqq., Revue des études anc. 1899 I 12 n. 13, BCH 1904 XXVIII 408 sqq., Lenschau Jahresber. über die Fortschritte der Altertumswiss. 1907 CXXXV 188 sq., Bouché-Leclercq Histoire des Lagides I 393[1], III 73[1], IV 312 sq. nuperrime rem exposuerunt E. de Stern Hermes 1915 L 427 sqq. et A. W. de Groot Rhein. Mus. 1918 LXXII 455 sq.

2 Tabula fracta marmorea 0·29 m lata, 0·08 m crassa, nunc 0·55 m alta, anno 1892 Macri apud Luisidim; rep. infra castellum eodem fere loco ubi titulus antecedens. „Buchstaben 0·01 m; Seitenränder erhalten, aber bestoßen; unten vermutlich gerade beim Ablauf abgeschlagen.“




. . . .
. . . .
κ?]αὶ . . . . [τοῖς πολίτ]αις
πᾶσι κα[ὶ κοινῆι καὶ ἰ]δίαι ἑκάστωι
τῶμ πολιτῶν διατελεῖ τὴν πρό-
ν]οιαν ποιούμενος, δεδόσθαι
α]ὐτῶι τε Ἑρμογένει Ζωίλου
Ἐ]φεσίωι καὶ τῶι υἱῶι αὐτοῦ
Ζωίλωι, αὐτοῖς τε καὶ ἐκγόνοις,
πολιτείαν καὶ ἔγκτησιν καὶ με-
τέχειν αὐτοὺς πάντων τῶν
κοινῶν, ὧν καὶ οἱ λοιποὶ Τελμησ-
σεῖς μετέχουσιν, εἶναι δὲ καὶ
ε[ἴ]σπλουν καὶ ἔκπλουν αὐτοῖς τε
κ]αὶ τοῖς ἐκγόνοις καὶ ἐμ πολέμωι
κα]ὶ ἐν εἰρήνηι ἀσυλεὶ καὶ ἀσπον-
δ]εί. τὸ δὲ ψήφισμα τοῦτο
γρ]άψας ὁ ἄρχων εἰς στήλην
λ]ιθίνην ἀναθέτω εἰς τὸ ἱερὸν
τ]ῆς Ἀρτέμιδος ἐν τῶι ἐπιφα-
νεστάτωι τόπωι.

Anno 1892 descripsi et ectypum feci.
Bérard BCH 1890 XIV 167 sq. n. 2.

B DONARIA

3 Ara quadrata marmorea a Telmesso ad orientem unius fere horae spatio interiecto inter sepulcra Turcorum, 0·84 m alta, 0·43 m lata, 0·36 m crassa. „Ablauf auch rechts und links, oben 0·175 m hoch, verstoßen; Buchstaben 0·05 m.“



Διὶ Ὀλυμ-
πίω Φλάβ[ι-
ος Ἄττα-
λος ὑπὲρ
τ]ῆς ἐνκτή-
σ]εος τῶν
χ]ωρίων.

Zingerle anno 1908 descripsit.
Ormerod et Robinson Journ. hell. st. 1914 XXXIV 2 n. 4.
v. 6 in. Ormerod et Robinson ΕΟΣ

4 Ara quadrata marmorea 0·13 m alta, 0·08 m lata, 0·085 m crassa; 1892 Macri apud Luisidim. „Der Aufsatz ist kreisrund. Das Profil läuft ringsum, nur an der Rückseite weniger ausgearbeitet; die Nebenseiten sind leer."




Ἀρτέ-
μει
Κόμβα.

Anno 1892 descripsi et ectypum feci.

Utrum dea cognomen habeat a Comba Lyciae oppido an Κόμβα nomen sit mulieris, in medio relinquo.

5 Tabula quadrata lapidis calcarii 0·6 m longa, 0·425 m alta, 0·14 m crassa, sed crassitudo paulatim imminuitur ad partem superiorem; tabula paene tota occupatur imagine ectypa duorum equitum adversorum inter quos femina velata in basi insistit. Bérard viderat et descripserat in oppido Macri apud Casilli; nunc exstat Viennae in museo imperiali.




Ex ectypo et imagine lucis ope effecta.
Bérard BCH 1890 XIV 176 n. 11.



Ἑρμαῖος Διογένους
Ὀρέστου Διοσκόροις [ε]ὐχήν.

Comparari potest gemma, quam Hula 1892 ita descripsit: „Im Privatbesitz zu Makri 0·015 m langer elliptischer Karneol mit Intagliodarstellung einer altertümlichen stehenden Frau im Peplos, die rechte Hand mit dem Bogen bewehrt, über ihr ein Halbmond, beiderseits die reitenden Dioskuren, darüber Sterne."

6 Tabula de qua Saridakis medicus Rhodius: Στηλίδιον inquit πρισματικὸν ἐκ τιτανολίθου (=ἀμυγδαλοπέτρας), δωρηθέντος μοι παρὰ φίλου εὑρόντος ἐν Μάκρῃ τῆς Λυκίας· φέρει δὲ καὶ κορωνίδα ἐπί τε τοῦ ἄνω ἄκρου καὶ τοῦ κάτω· μῆκος 0·18, πλάτος 0·10, πάχος 0·07.



Ορας
Ἐλευθέ-
ρα εὐχή[ν.

Ectypum misit Hiller de Gaertringen.

v. 1 de nomine Ορας conf. Sundwall Klio XI. Beiheft 232; Kubitschek: Θρᾷξ? quae lectio ectypo non confirmatur;

v. 3 post H littera N, quamquam certum eius vestigium non apparet, tamen scripta fuisse potest; de Eleuthera dea cf. Petersen Reisen II 61² et Jessen P.-Wiss. V 2344 sq.

7 Tabula lapidis calcarii 0·32 m alta, 0·26 m lata, 0·07 m crassa ornata imagine equitis qui clavam sustulit; litterae 0·015—0·02 m altae sunt; 1892 Macri apud Luisidim.



Ἀρτέμων δὶς
θ]εῷ Κακασβω
εὐχ]ήν.

Descripsi anno 1892.

„De nomine dei, qui et [Τ?]ρικασβος vocatur (n. 11) et Κακαβος [nisi error subest] in lapide Carico [ἐπὶ ἀναγλύφου ἐκ τῆς συλλογῆς τοῦ ἐν Ναρλίκιοϊ κ. A. Mirzan] (Μουσεῖον καὶ βιβλ. τῆς ἐν Σμύρνῃ εὐαγγελικῆς σχολῆς I 1875 6 p. 30 n. ρλ': Μολεσέος Τρώ[γ]λου Κακάβω] εὐχήν). Lewy Arch.-ep.gr. Mitt. VII 124 adn. disseruit. clavae symbolum saepius gerere deos, qui vim fatalem repraesentent, U. de Wilamowitz-Moellendorff Euripides Herakles II² 174 luculenter edocuit. simili figura effingitur Σώζων deus in anaglyphis Phrygiis et Pamphyliis (Collignon BCH IV 291 sqq. tab. IX et X, Smith Journ. hell. st. VIII 235, Hill Journ. hell. st. XV 129 sq., Petersen apud Lanckoroński II 8 sq., Sarre Arch.-epigr. Mitt. XIX 50; conf. Perdrizet BCH XX 65, 98²). etiam alibi in Asia minore similes occurrunt imagines votivae, cf. Reisen I 153 n. 128, p. 125 fig. 77, Königliche Museen zu Berlin Beschreibung der antiken Skulpturen 1891 n. 680, 812. gemmae gnosticae aquila cum serpente ornatae (Montfaucon Antiqu. expl. II pl. 175) ΚΑΚΑΣΒΕΥΣ nomen inscriptum indicavit Drexler Arch.-epigr. Mitt. XIII 126 [conf. Roscher II 919 sq.]. alius generis sunt anaglypha, quae mortuum utpote heroem equo insidentem ostendunt, cf. M. A. Wagener Inscriptions grecques recueillies en Asie mineure. 22, Mémoires couronnés et mémoires des savants étrangers publiés par l'Académie Royale des sciences de Belgique t. XXX." Benndorf.

8 Tabula lapidis calcarii 0·38^{m} alta, 0·36^{m} lata, 0·09^{m} crassa ornata imagine equitis clava armati; 1892 Macri apud Luisidim, antea in vico Levissi.



Ἑρμαῖος δὶς
Κουνδαλι θεῷ Κακασβ-
ω εὐχήν.

Petersen 1882 descripsit et adumbravit; Reisen II 3 fig. 2 n. 7; contuli.

v. 2 ad nomen explicandum plura congessit Petersen, quibus addatur Κόνδαλος Μαυσσώλου ὕπαρχος apud Aristotelem Oecon. β 1348a 18; illud nomen quamvis Κουνδαν quoque legi possit, tamen cave cogites de nomine Romano [Σε]κούνδα.

9 Tabula inscripta litteris 0·012^{m} altis; „above the inscription is a rude relief of a horseman riding to the left"; 1911 Macri apud Luisidim.

ΘΕѠΚΑΚΑCΙ ѠΑΠΟΛ
ΛѠΝΙΟCΕΥΧΗΝ

Θεῷ Κακασ[β]ω Ἀπολ-
λώνιος εὐχήν.

Ormerod et Robinson Journ. hell. st. 1914 XXXIV 1 n. 1.

10 Tabula lapidis calcarii 0·33^{m} alta, 0·36^{m} lata, 0·09^{m} crassa ornata imagine equitis, cuius equus ad dexteram progreditur, perquam rudi; litterae 0·01—0·015^{m} altae; Macri apud Jorji Manoli Karidi.




Σιμονίδης [Λε?]ο[ν]ίδου [θεῷ
Κα]κ[ασβω] εὐχή[ν.

Descripsi 1895. Ormerod et Robinson Journ. hell. st. 1914 XXXIV 1 n. 2.
v. 1 Ormerod et Robinson: ΜΟΝΙΔΗϹ Λ Ο ΙΔΟΥ

11 Tabula calcarii lapidis 0·39^{m} lata, 0·35^{m} alta, 0·14^{m} crassa; Macri apud Luisidim. „Eingetieftes Relief eines keulenschwingenden Reiters auf langgezogenem Pferde; am Rande auf allen vier Seiten Inschrift."

Ἑρμαῖος τρὶς Τρω-
ίλο[υ] Μεῖδ[η,τ-?
ος θεῷ [Τ?]ρικασβω
ε]ὐχήν.



Anno 1892 descripsi et ectypum feci.

v. 2 sq. Wilhelm Μείδιος legi mavult; sed in describendo titulo statui spatium suppetere ad duas litteras interponendas, id quod in imagine nostra neglegitur.

12 Tabulam marmoris albi 0·31^{m} altam quae simili equitis imagine ornata est Löwy viderat Rhodi apud Vitalem consulem et e parte Asiae minoris Rhodo finitima [vel potius ex ipso oppido Telmesso ut ego opinor ceteris tabulis similibus respectis] in illam insulam esse translatam statuit.

Διογένης | Μόλητος | Οὐασήμι ος (?) 5 Κακασβω εὐχήν.

Ectypum misit Hiller de Gaertringen.

Loewy Arch.-epigr. Mitt. 1883 VII 124 n. 51.

v. 3 et 4 (qui versus in ectypo parum expressus est) nescio an legendum sit Οὐασημι (quocum conf. Κουνδαλι n. 8) | [θεῷ], quia in ceteris tabulis huius generis nomini Κακασβω praecedere solet θεῷ.



13 Tabula lapidis calcarii ornata imagine equitis calceati et tunica paenulaque vestiti (conf. n. 7 et 8), quam vestem editores temere pro thorace („che sembra formata di un corsaletto e di un pezzo sovrapposto che copre le spalle e la sommità del petto") habuerunt, et clava armati; capiti autem num quid impositum fuerit, incertum est; rep. Attaliae prope Παρθεναγωγεῖον, sed quia editores addunt „sulla cui provenienza non ho avuto notizie sicure", mihi quidem persuasum est hanc quoque Cacasbi imaginem Telmesso Attaliam adlatam esse.


Ἀρτέμεις Ἀπολωνίου θεῷ Κακασβω [ε]ὐχήν.

Paribeni-Romanelli Monumenti antichi pubblicati per cura della r. accademia dei lincei (Milano) 1915 XXIII p. 15 fig. 1 quae imago hic repetita est.

v. 2 Ε in ΘΕѠ ex Α; editores Κακάβω, sed ante superiorem partem litterae Β cernere mihi videor C; post ΒѠ lego CΥ



a)



b)

Duae similes tabulae, quae titulis carent, ex Ernesti Krickl scidulis hic repetendae videntur esse, ad quas ille 1892 haec adnotavit: „*a*) Makri im Hause des Schusters Michalis Ganera Stele mit Giebel, darauf Akroter, darin Medusenkopf, 0·33^{m} hoch, 0·23^{m} breit, 0·08^{m} dick, vielleicht das beste Exemplar der Gattung; *b*) im Kaffenion Andoni eine Stunde östlich von Dont viereckige Marmorplatte, 0·21^{m} hoch, 0·26^{m} breit, 0·075^{m} dick.“

In vico Levissi tabulam 0·33^{m} latam et 0·27^{m} altam simili anaglypho ornatam cum titulo ita exstincto, ut iam nihil legi posset, vidit Petersen descripsitque Reisen II 3. ac simillimam 0·33^{m} latam et 0·25^{m} altam idem Attaliae in domo privata prope portum sita anno 1882 adumbravit.

14 = IG XII 1 33. Tabula marmoris albi parva II. fere saeculi a. Chr.; nunc in museo Britannico.

Αἰγύπτου μεδέουσι βαθυκλήροιο Σαΐστης
ξεῖνε παρὰ προπύλωι τούσδ' ἔθετο ζάκορος
βωμοὺς ἀθανάτοισιν ἐπεὶ γέρας αὐτοὶ ἄνακτες
κεδνοῖς Εὐρώπας παισὶν ἔνειμαν ἴσον
μούνωι ἐν αἰζειοῖσι· τὸ δὲ κλέος ἄφθονον ὡνὴρ
ἐγ μακάρων ἀνύσαι φωτὶ δικαιοσύναι.

238 Ara quadrata lapidis calcarii crepidinibus et superiore et inferiore ornata, 0·16 (crepido superior) + 0·30 + 0·13^{m} alta, 0·32^{m} lata, 0·30^{m} crassa; inter sepulcra Turcorum ad septem triones sita; litterae 0·025^{m} altae.



Ἀρ]ιστόδημον
Μελ?]ε(ά?)γρου Σιδ[υμέα
Σ]ύμφορος
Εὔ[δ]ωρος
Κ]αλό[τ]ιμος
Φιλή[μω]ν
Μ[ιτρ?]οδά[τ]ης
Α]ἰσχ[ίνης?
Στέ[φαν]ο[ς
Εὐδ[α] . ή[σ]ιος
Φ[ιλ]ό[θε]ο[ς
τὸν φίλο[ν
ἥρω[α.

Heberdey 1898 ectypum fecit et describere coepit.
v. 5 Zingerle: Μ]ο[ίρ]ιμος? v. 7 idem: Μ[ιτρ]ο[β]ά[τ]ης?


239 Ara quadrata lapidis calcarii crepidine ornata, 0·10 + 0·45 + 0·10^{m} alta, 0·26^{m} lata et crassa, muro immissa aedificii ad septem triones inter sepulcra siti; litterae 0·025^{m} altae.



Δημήτριος Δη-
μοσθένους γ'
Τύχῃ Μενε-
κρίτου γλυ-
κυτάτῃ γυ-
ναικὶ μνεί-
ας χάριν
ἥρωι.

Heberdey 1898 descripsit.

240 Inferior pars arae quadratae lapidis calcarii crepidine 0·18^{m} alta ornatae, 0·51^{m} alta, 0·40^{m} lata, 0·35^{m} crassa, litterae 0·04^{m} altae; ad occidentem vici in clivo.



. . . .
. . . .
. . . .
Σέξτ]ος Φλά-
ο]υιος Ἀνδρό-
νεικος ἀρχι-
ερεὺς Λυκίων.

Heberdey 1898 descripsit.

β ARAE ROTVNDAE

241 Ara rotunda lapidis calcarii crepidine superiore 0·16 m alta ornata (diam. 0·40 m) 0·50 m e terra eminet in clivo ad septem triones et occidentem sito; litterae 0·02 m altae.



Βόηθος Δημη-
τρίου τῶ ὑῶ
Ἀντήνορι μν-
ήμης χάριν.

Heberdey 1898 descripsit.

242 Ara rotunda lapidis calcarii crepidine ornata, 0·10 (crepido inferior) + 0·36 + 0·07 m alta, diam. fere 0·30 m, litterae 0·02 m altae; inter sepulcra Turcorum ad septem triones sita; „oben noch 0·12 m hoher Aufsatz mit Gesimsleiste." ΑΕΗΜΝΣΩ

Λεονίδης [ε'] Σιδυ-
μεὺς Λεονίδη δ' [τ]ῶ
πατρὶ καὶ Ἀρτεμικλεί-
α Φιλεταίρου τῶ πεν-
θερῶ καὶ Χρυσίον καὶ
Δημήτριος καὶ Λεο-
⟨ο⟩νίδης οἱ Λεονίδου
τῶ πάππω μνείας
ἕνεκεν.

Heberdey 1898 descripsit.
Exeunte in v. 1 Heberdey descripsit ΓΣΙΔΥ, v. 2 ΔΙΩ (sic)

243 Ara rotunda lapidis calcarii, cuius pars superior fracta est, crepidine ornata, 0·10 (crepido superior) + 0·36 + 0·13 m alta, diam. 0·34 m, litterae 0·025 m altae; inter sepulcra Turcorum ad septem triones sita.



Τ(ίτω) Αὐ[ρ(ηλίω)? . . . . . .-
λεα Ἰσ[αγόρα-?
ς . . . . [λαθ?]ε . . [ο-
ς φιλοστό[ργ]ω[ι?
ἀδελφῶ μνήμη-
ς ἕνεκεν.

Heberdey 1898 descripsit.
Kubitschek: Ταύ[ρω? . . Φι?]λέα Ἴσ[ανδρο]ς [καὶ Καλ]ο . . . ς φιλόστο[ργο]ι.

II BEL

Si quis a Sidymis ad meridiem et occidentem unam fere itineris horam ad vicum cui nomen est Bel adscenderit, in propinquo loco edito, a quo per fauces montium ad occidentem adspectus est parietinarum medii quod vocatur aevi in ora maritima sitarum, vestigia parvae sedis antiquae inveniuntur, deinde inter sepulcra vici ipsius lapides pauci edolati et mille fere passus ad orientem et meridiem reliquiae aedificiorum antiquorum cum duobus sepulcris ex rupe excisis, quem situm primi descripserunt Ormerod et Robinson Journ. hell. st. 1914 XXXIV 4.

244 Sepulcrum parvum ex rupe excisum, in cuius epistylio infra tigna rotunda titulus 1·58 m longus et 0·19 m altus litteris 0·02 m altis inscriptus est.

ΜΑΜΙΟΝΛΑΒΟΥΚΑΙΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣΔΑΙΔΑΛΟΥΣΙΔΥΜΕΙΣΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΑΝ
ΤΟΜΝΗΜΕΙΟΝΛΑ ΤΩΠΑΤΡΙΚΑΙΠΕΝΘΕΡΩΚΑΙΝΑΝΝΗΤΗΜΑΜΙΟΥ
ΜΗΤΡΥΙΑΚΑΙΤΟΣΕΞΗΜΩΝΓΕΓΕΝΗΜΕΝΟΙΣΑΛΛΩΔΕΜΗΔΕΝΙ
ΕΞ ΑΙΤΓΓ ΝΑΙΕΙΔΕΜΗΟΦΕΙΛΗΣΙΙΕΡΑΣΑΡΤΕΜΙΔΙΣΙΔΥΜΙΚΗ
ΔΡΑΧΜΑΣΤΡΣΧΕΙΛΙΑΣ

Μάμιον Λαβου καὶ Ἀριστοτέλης Δαιδάλου Σιδυμεῖς κατεσκεύασαν
τὸ μνημεῖον Λα[βα] τῶ πατρὶ καὶ πενθερῶ καὶ Νάννη τῇ Μαμίου
μητρυιᾶ καὶ το[ῖ]ς ἐξ ἡμῶν γεγενημένοις· ἄλλω δὲ μηδενὶ
ἐξ[εῖναι] τ[εθῆ]ναι· εἰ δὲ μή, ὀφειλήσι ἱερὰς Ἀρτέμιδι Σιδυμικῇ
δραχμὰς τρ[ι]σχειλίας.

Ormerod et Robinson Journ. hell. st. 1914 XXXIV 4 sq. n. 9 (descripserant et ectypum fecerant).
v. 4 in. ἐξεῖναι Zingerle, ἐξέσται ed. princ.

Titulum multo inferioris aetatis esse quam sepulcrum ipsum confirmant editores.

245 Tabula 0·45 m alta et 0·61 m lata in fronte rupis incisa est, et supra eam quattuor figurae sine arte adumbratae sunt; in tabula litterae 0·025 m altae.

ΕΠΑΓΑΘΟΣΒΟΤΟΝΠΥΡΓΟΝ
ΕΚΘΕΜΕΛΙΩΝΚΑΤΑΣΚΕΥΑΣΑΣ
ΛΑΒΩΝΤΟΧΩΡΙΟΝΔΙΑΓΕΝΟΥΣ
ΕΑΥΤΩΚΑΙΓΥΝΑΙΚΙΑΥΤΟΥΑΡΣΑ
ΣΕΙΤΗΚΑΙΜΙΩΚΑΛΛ·ΜΗΔΟΥΚΑΙΤΩ
ΓΕΝΟΜΕΝΩΥΙΩΕΠΑΓΑΘΩΚΑΙΘΥΓΑΤΡΙ
ΑΓΑΘΗΤΥΧΗΒΟΥΛΟΜΑΙΚΑΘΕΤΟΣΘΥΕΣ
ΘΑΙΗΙ ΕΙΝΑΛΕΚΤΟΡΑΚΑΙΟΡΝΕΙΘΑΤΕΛΕΑ
ΚΑΙΚΑΛΗ ΑΜΑΤΩΜΕΛΛΕΙΝΣΥΝΑΙΡΕΙΝ
ΤΑΓΕΝΗΜΑΤΑΟΜΟΙΩΣ‾ΑΛΙΝΑΜΑΤΩ
ΜΕΛΛΕΙΝΤ⊃ΥΓΑΝΤΑΑΥΤΑΘΥΜΑΤΑ
ΚΑΙΕΣΤΑΙΤΩΘΥΟΝΤΙΕΠΙΔΗΛΑΚΑΙΕΠΙ
ΚΕΡΔΗΕΑΝΔΕΤΙΣΠΑΡΕΝΘΥΜΗΘΕΙΣ
ΜΗΘΥΣΗΕΣΤΑΙΑΥΤΩΕΠΙΒΛΑΒΗΚΑΙ
ΕΑΝΔΕΤΙΣ - - Ε - ΣΟ̣Φ - - - - ΣΗ
- - - - - - - - - - - - Ε̣ - - Η̣ - - - - - -

Ἐπάγαθος β′ ὁ τὸν πύργον
ἐκ θεμελίων κατασκευάσας,
λαβὼν τὸ χωρίον διὰ γένους,
ἑαυτῷ καὶ γυναικὶ αὐτοῦ Ἀρσά-
σει τῇ καὶ Μιω Καλλ[ι]μήδου καὶ τῷ
γενομένῳ υἱῷ Ἐπαγάθῳ καὶ θυγατρὶ
Ἀγαθῇ Τύχῃ, βούλομαι καθ' ἔτος θύεσ-
θαι [ἡμ]εῖν ἀλέκτορα καὶ ὄρνειθα τελέα[ν
καὶ καλ[ὴν] ἅμα τῷ μέλλειν συναιρεῖν
τὰ γενήματα, ὁμοίως [π]άλιν ἅμα τῷ
μέλλειν τρυγᾶν τὰ αὐτὰ θύματα.
καὶ ἔσται τῷ θύοντι ἐπί[ζ]ηλα καὶ ἐπι-
κερδῆ. ἐὰν δέ τις παρενθυμηθεὶς
μὴ θύσῃ, ἔσται αὐτῷ ἐπιβλαβῆ καὶ . . .·
ἐὰν δέ τις [ἕτ]έ[ρω]ς(?), ὀφ[ειλή]σ[ει?
τῷ Σιδυμ?]έ[ων δ]ή[μῳ (δηνάρια) . .

Ormerod et Robinson Journ. hell. st. 1914 XXXIV 5 sqq. n. 10 (descripserant et ectypum fecerant).

Eadem nomina leguntur in n. 207 208 234.

v. 1 πύργον editores ad magnum sepulcrum paulo supra hanc tabulam excisum e rupe referunt, sub cuius radicibus hic titulus inscriptus est; istud enim sepulcrum scriptura caret, sed in limine eius ingens penis incisus est; v. 9 συναίρειν editores, συναιρεῖν Zingerle ad primitias frugum referens (conf. Mannhardt Wald- und Feldkulte II 237: „Im griechischen und italischen Brauche spielt die erste Garbe der Ernte die Rolle, welche in Nordeuropa gemeinhin der letzten zufällt"); v. 12 ἐπί[ζ]ηλα Wilhelm Neue Beiträge zur griechischen Inschriftenkunde IV (Sitz. Wien Akad. 1915 CLXXIX 6) 69, Zingerle ἐπίδηλα scriptum esse putat pro ἐπίζηλα propter similitudinem sonorum δ et ζ; v. 15 Kubitschek: ἐὰν δέ τις [ἄλλο] σόφ[ισμα εὑρή]σῃ? Zingerle: ἐὰν δέ τίς [τι] ἐ[πι]σοφ[ισθή]σῃ[ται? v. 16 infra tabulam.

246 Lapis calcarius fractus inter lapides quadratos parvi aedificii reliquos; litterae 0·025 m altae.

ΕΙΣΩ̣ΚΑΤΕΘΕΤΟΥΙΟΝΔΕΙ
ΟΝΚΑΙΘΥΓΑΤΕΡΑΚΟΣΜΙΑΝ
ΕΞΟΥΣΙΑΝΔΕΕΞΟΥΣΙΝ
ΕΙΒΟΥΛΗΘΩΣΙΝΕΝΑΥΤΩΤΕ
ΘΗΝΑΙΤΑΓΛΥΚΥΤΑΤΑΤΕΚΝΑ
ΜΟΥΔΙΟΔΩΡΟΣΜΕΤΑΤΗΣ
ΓΥΝΑΙΚΟΣΑΥΤΟΥΤΛΗΠΟΛΕΜ
ΟΣΛΕΟΝΤΟΣΚΑΙΟΕΚΓΟΝΟΣ
ΜΟΥΛΕΩΝΔΙΟΔΩΡΟΥΚΑΙΠΑΓ
ΠΟΣΜΕΤΑΤΗΣΓΥΝΑΙΚΟΣΑΡ
ΣΑΣΙΔΟΣΛΕΟΝΤΟΣΚΑΙΟΕΚΓΟ
ΝΟΣΜΟΥΛΕΩΝΠΑΠΠΟΥΚΑΙ
Ε · · · Α · ΟΣΜΕΤΑΤΗΣΓΥΝΑΙΚΟΣ
ΝΑΝΝΗΣΠΟΛΥΚΑΡΠΟΥΚΑΙ
ΟΕΚΓΟΝΟΣΜΟΥΕΠΑΓΑΘΟΣ
ΟΚΑΙΔΕΙΟΣΚΑΙΗΘΥΓΑΤΗΡ
ΜΟΥΜΕΛΠΟΜΕΝΗΚΑΙΤ/
ΤΕΚΝΑΤΟΥΠΡΟΙ ΟΝΕΣΤ·
ΤΟΥΥΙΟΥΔΕΙΟ_ΤΡΙ·
ΚΑΙΜΕΛΠΟΜΕΝΗΕΤΕΡΩ
ΟΥΔΕΝΙΕΞΟΝΕΣΤΑΙΘΑ
ΨΑΙΤΙΝΑΗΑΠΟΤΕΙΣΑΙΤΩ
ΣΙΔΥΜΕΩΝΔΗΜΩ✱ . . Υ
ΕΙΜΕΝΟΣ · · ΤΩΤΗΣΛ
ΒΕΙΑΣΝΟΜΩΟΛΕ‾
Σ̣ΑΣΛΗΜΨΕΤ

Δεῖος] . . . .
[κατεσκεύασε τὸ μνημεῖον]
εἰς [ὃ] κατέθετο υἱὸν Δεῖ-
ον καὶ θυγατέρα Κοσμίαν.
ἐξουσίαν δὲ ἕξουσιν
εἰ βουληθῶσιν ἐν αὐτῷ τε-
θῆναι τὰ γλυκύτατα τέκνα
μου Διόδωρος μετὰ τῆς
γυναικὸς αὐτοῦ Τληπολέμ[ι-
ος Λέοντος καὶ ὁ ἔκγονός
μου Λέων Διοδώρου, καὶ Πά[π-
πος μετὰ τῆς γυναικὸς Ἀρ-
σάσιδος Λέοντος καὶ ὁ ἔκγο-
νός μου Λέων Πάππου, καὶ
Ἐπάγ]α[θ]ος μετὰ τῆς γυναικὸς
Νάννης Πολυκάρπου καὶ
ὁ ἔκγονός μου Ἐπάγαθος
ὁ καὶ Δεῖος, καὶ ἡ θυγάτηρ
μου Μελπομένη, καὶ τ[ὰ
τέκνα τοῦ προ[μ]ο[ιρ]εστ[ά-
του υἱοῦ Δεῖο[ς] τρὶ[ς
καὶ Μελπομένη. ἑτέρῳ
δὲ] οὐδενὶ ἐξὸν ἔσται θά-
ψαι τινά, ἢ ἀποτεῖσαι τῷ
Σιδυμέων δήμῳ (δηνάρια) . . [καὶ] ὑ[πο-
κ]είμενος [ἔστω] τῷ τῆς ἀ[σε-
βείας νόμῳ. ὁ [δ]ὲ [ἐκδική?-
σας λήμψετ[αι τὸ τρίτον μέρος.

Ormerod et Robinson Journ. hell. st. 1914 XXXIV 7 sq. n. 11 (descripserant).

v. 18 primi editores: προ[γ]ονεστ[ά]του? == the eldest stepson; sed quia eius Dii, qui in v. 19 nominatur, patrem fuisse eundem Dium certum est qui iam conditus erat sepulcro (conf. v. 1 sq.), scriptum fuisse puto προμοιρεστάτου, cuius superlativi forma similis est atque ἐπιτηδειέστατος σπουδαιέστατος ἀμορφέστατος multaque alia exempla; Zingerle: προ[φρ]ονεστ[ά]του: v. 22 ἀποτεῖσαι ed. princ.; v. 25 sq. ἐλένξας ed. princ.


III ORA OCCIDENTALIS

In ora Lyciae occidentali, ad quam descendit Cragus mons, duas sedes anno 1908 perquisivi, quae insignes sunt monumentis antiquitatis: Faralja (= Παράλια, apud Turcos Farella) et Sandschaklik. ad Faralja postquam navem appuli, fere 20 m supra mare magnam conspexi aedem sepulcralem (n. 247 = CIG 4224 d). a qua ad septem triones et orientem profectus ad Faralja-assar perveni quod duo fere milia passuum distat. neque vero quicquam ibi repperi nisi sarcophagum (n. 248 = CIG 4224 c) et fragmentum operculi formae Lyciae, murum antiquum cum porta, lapidem quadratum crepidine ornatum, media autem in via tenues reliquias ecclesiae Christianae.

Portus vero cui hodie nomen est Sandschaklik magno praestat numero parietinarum medii quod vocant aevi, quae arcem mediocris altitudinis occupant. de iis Niemann Reisen I 82: „Das Mauerwerk", ait, „ist unregelmäßig aus kleinen Bruchsteinen gefügt, hie und da ist ein Rundbogenfenster erhalten, auch einige Giebelmauern, welche auf steile Dächer hinweisen. Abgesondert von der Häusergruppe trafen wir an höher gelegener geschützter Stelle die Apsis einer Basilika, stellenweise waren in der Wölbung Mörtelputz und Farbenreste erhalten, unter anderem ein Heiligenschein erkennbar." in hac arce non nulla lapidum inscriptorum fragmenta et paucae viles aedes sepulcrales prope ipsum portum restant.

Quibus locis quadam fide nomina antiqua Καλαβάτια et Περδίκιαι tribuere licet. namque in stadiasmo 250 sq. haec leguntur (Geogr. Gr. min. I 494): ἀπὸ Ἱερᾶς ἄκρας εἰς Καλαβαντίαν (sed in titulo Sidymensi n. 179 E 1 [Καλ]αβατιανοί) στάδιοι λ'· ἀπὸ Καλαβαντίων εἰς Περδικίας (Steph. Byz.: Περδίκια χώρα καὶ λιμὴν Λυκίας) στάδιοι ν'. quae intervalla quadrant ad Sandschaklik et Faralja-assar, si quidem de situ Ἱερᾶς ἄκρας dubitari vix potest.

247 Faralja ipsum ad litus 20 m fere supra mare tholus sepulcralis lapidibus quadratis calcariis exstructus, 3·13 m latus et fere 5·5 m longus, cuius ostium 0·82 m altum et 0·57 m latum est; supra ianuam autem, cuius crepidini 0·285 m altae duo parva feminarum capita inter tria ornamenta foliis palmarum similia imposita erant, tabula ansata 2·41 m lata et 0·64 m alta, quae media rupta est, titulo inscripta, cuius litterae 0·03 m altae quamquam elegantissimae tamen neque formis neque latitudine omnino sunt pares; in fronte media fornicis, qui duabus pilis angularibus 0·84 m latis et 1·41 m altis nititur, caput Medusae 0·29 m altum effingitur; dextrum aedis latus sub terra latet, in sinistro ostium ὑποσορίου 0·53 m latum et 0·62 m altum patet; „auf den Eckpfeilern je eine einfach profilierte Konsole; unterhalb der obersten Gewölbeschicht einfaches Gesimse den Längsseiten entlang, in dessen Hohlkehle beiderseits zwei Löwenköpfchen mit gesträubtem Haar, wovon links das vordere, rechts das hintere erhalten". ΑΔΕΞΗΗΜΝΞΡΣΥΨΨΩ



Martio mense anni 146 p. Chr.

Τὸ ἡρῷον κατεσκεύασεν εἰς αἰώνιον μνήμην καὶ τῇ μετὰ θάνατον ἀφο[σ]ιωμένῃ θρησ-
κείᾳ Ἡρόδοτος Γαίου Ἰουλίου Ἀσκληπιάδου Πιναρεὺς κατὰ συνχώρημα Ἰουλίας Οὐηρανί-
ας γεγονὸς ἐπὶ ἀρχιερέος Λικιννίου Στασιθέμιδος Ξανδικοῦ κη' διὰ τῶν ἐν Πατάροις ἀρχεί-
ων, ἐκμεμαρτυρημένου (sic) καὶ εἰς τὰ Πιναρέων ἀρχεῖα, ἑαυτῷ καὶ γυναικὶ αὐτοῦ καὶ τέκνοις Τλη-
πολέμῳ Ἰάσονος, καθ' υἱοθεσίαν Ἡροδότου, Πιναρεῖ καὶ γυναικὶ αὐτοῦ καὶ Συμφερούσῃ Ἡροδότου
καὶ ἀδελφῷ Τληπολέμῳ Γαίου Ἰουλίου Ἀσκληπιάδου Πιναρεῖ καὶ τοῖς ἐξ αὐτῶν καὶ ἐκ τούτων γεν-
νηθεῖσιν· ἄλλῳ δὲ οὐδενὶ ἐξέσται ἐν τῷ ἡρῴῳ ταφῆναι οὔτε συνχωρῆσαί τινι κατ' οὐδένα τρό-
πον οὔτε προσενγράψαι ἢ ἐκκολάψαι τῆς ἐπιγραφῆς τοῦ ἡρῴου· μόνων θαπτομένων ἐν
τῷ ὑποσορίῳ τῶν θρεπτῶν ἑκάστου ἡμῶν· ἐὰν δέ τ[ις] παρὰ ταῦτα ποιήσῃ ἢ κηδεύσῃ τινὰ ἐν
τῷ ἡρῴῳ ἢ κατασοφίσηταί τι περί τινος τῶν προγε[γρα]μμένων, ἔστω ἱερόσυλος καὶ
ἔξωθεν ὀφειλέτω ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ [ἐ]πι[τ]ειμίου τῷ Πιναρέων δήμῳ (δηνάρια) ,βφ' οὔ-
σης τῆς κατηγορίας παντὶ τῷ βουλομένῳ ἐπὶ [τ]ῷ τρίτῳ μέρει τοῦ χρήματος.

Anno 1908 ectypum feci.

CIG 4224 d.

v. 1 ἀφόειωμένη scriptum est; v. 4 M. H. E. M. Allgem. Literaturzeitung 1845 Intelligenzblatt 284: ἐχμεμαρτυρημένο[ν]? v. 6 in Ἀσκληπιάδου Ε, v. 11 in ὀφειλέτω Φ (φ ex ω), ✱Β✝, v. 9—12 med.:

ΔΕΤ: ⁻ΠΑΡΑ
ΓΕ :ΑΜ Μ
ΓΠΙ ΓΕΙΜΙο
Ι Ί ΩΤΡΙ

versuum 1—9 litteris extremis quasi linea derecta efficitur, v. 10 sq. extr. I et Y infra A verbi τινὰ, v. 12 extr. Σ infra ✝.

248 Faralja-assar sarcophagus lapidis calcarii contectus operculo fastigato, 1·56 m altus, 2·30 m longus, 1·36 m latus; tabula 0·62 m alta et 0·64 m lata litteris 0·035—0·025 m altis inscripta; „Kasten *a*, oben und unten an drei Seiten profiliert, steht auf 0·42 m hohem Untersatz, der schwach vorspringt; darunter Hyposorion aus zwei Quaderschichten aufgebaut, die obere *b* mit Vorsprung 0·48 m hoch; am Giebeldeckel vorn zwei halbrunde Akroterien und zwei kleine Bossen, an den Schmalseiten je eine Bosse".

ΜΑΡΚΟϹΑΥΡΗΛΙΟϹΟ
ΝΗϹΙΜΟϹΔΙϹΠΙΝΑΡΕ
ΟΥϹΚΑΤΕϹϹΚΕΥΑϹΑ
ΤΗΝϹΩΜΑΤΩΘΗΚΗΝ
ΕΑΥΤΩΚΑΙΤΗΓΥΝΕΚΙΜΟΥ
ΑΥΡ·ΝΑΝΝΑΤΕΙΜΟΘΕΟΥ
ΕΤΕΡΩΔΕΟΥΔΕΝΙΕΞΟΝΕϹ
ΤΑΙΤΑΦΗΝΑΙΕΝΤΗϹΩΜΑ
ΤΩΘΗΚΗ·Η·ΥΠΟΚΕΙϹΕΤΑΙ
ΤΩΠΙΝΑΡΕΩΝΔΗΜΩΔΗΝΑ
ΡΙΑΠΕΝΤΑΚΙϹΧΕΙΛΙΑΚΑΙΤΟΤΡΙΤΟΝ
ΜΕΡΟϹΛΗΜΨΕΤΑΙΟΜΗΝΥϹΑϹΕΝΔΕ
ΤΩΥΠΟϹΟΡΙΩΟΝΑΝΒΟΥΛΗΘΩ

Μᾶρκος Αὐρήλιος Ὀ-
νήσιμος δὶς Πιναρε-
οὺς κατεσσκεύασα
τὴν σωματωθήκην
ἑαυτῶ καὶ τῆ γυνεκί μου
Αὐρ(ηλίᾳ) Νάννα Τειμοθέου·
ἑτέρω δὲ οὐδενὶ ἐξὸν ἔσ-
ται ταφῆναι ἐν τῆ σωμα-
τωθήκη, ἢ ὑποκείσεται
τῶ Πιναρέων δήμω δηνά-
ρια πεντάκις χείλια, καὶ τὸ τρίτον
μέρος λήμψεται ὁ μηνύσας· ἐν δὲ
τῶ ὑποσορίω ὃν ἂν βουληθῶ.

a

b

Anno 1908 descripsi.

CIG 4224c et Add.

v. 2 sq. Πιναρεούς — Πιναρεύς; v. 10 ΔΗΝΑ et v. 11—13 in ras.; post βουληθῶ conclusionem enuntiati perisse putat Heberdey.

249 Prope Sandschaklik-liman aedes sepulcralis lapidibus quadratis calcariis exstructa, cuius in ianuae limine superiore 1·60 m longo et 0·29 m alto titulus *a* inscriptus est, titulus *b* in poste dextro cuius pars sinistra fracta est; litterae 0·02 m altae.

a
ΤΟΗΡΩΙΟΝΚΑΤΕϹΚΕΥΑϹΑΝΜΑΡΚΟϹΑΥΡ· ΕΥΤΥΧΗϹϹΤΕΦΑΝΟΥΚΑΙΜΑΡΚΙΑΑΥΡ·
ΜΑΚΑΡΙΑΒΑϹΙΛΙΔΟϹϹΩΖΟΝΤΟϹϹΙΔΥΜΕΙϹΕΝΩΒΟΥΛΟΝΤΑΙΕΝΤΑΦΗΝΑΙΤΑΤΗϹΘΥΓΑΤΡΟϹ
ΑΥΤΩΝΜΑΡΑΥΡΗΛΙΑϹΕΡΩΤΑΡΟΥΔΟϹΠΑΙΔΙΑΤΕΚΑΙΕΓΓΟΝΑΕΝΤΗΠΥΑΛΙΔΙΤΗΙϹΕΡΧΟΜΕ
ΝΩΝΕΝΔΕΞΙΟΙϹΒΟΥΛΟΜΕΘΑΔΕΕΝΤΗΕΥΩΝΥΜΩΠΥΑΛΙΔΙΕΝΤΑΦΗΝΑΙΛΑΛΛΑΝΤΗΝΥΠΟΗΜΩΝ
ΑΝΑΤΡΑΦΕΙϹΑΙ ΕΤΑΤΟΥϹΥΝΒΙΟΥΑΥΤΗϹΚΑΙΤΕΚΝΩΝΚΑΙΕΓΓΟΝΩΝΕΝΔΕΤΗΑΝΤΙΚΡΥϹ
ΠΥΑΛΙ ΟΝΘΡ ΤΟΝΗΜΩΝΑΓΑΘΗΜΕΡΟΝΚΑΙΤΗΝΤΟΥΤΟΥΓΥΝΑΙΚΑϹΥΝΡΟΦΙΑΝΚΑΙΤΑΕ *glatt*
ΑΥΤ ΚΝΑΚ ΝΥϹΙΑΝΤΗΝΥΦΗΜΩΝΑΝΑΤΡΑΦΕΙϹΑΝΚΑΙΤΟΝΑΝΔΡΑΑΥΤΗϹΑΥΡΗΛΙΟΝ

a Τὸ ἡρῶιον κατεσκεύασαν Μᾶρκος Αὐρ(ήλιος) Εὐτύχης Στεφάνου καὶ Μαρκία Αὐρ(ηλία)
Μακαρία Βασιλίδ[ο]ς Σώζοντος Σιδυμεῖς· ἐν ὧ βούλονται ἐνταφῆναι τὰ τῆς θυγατρὸς
αὐτῶν Μαρ(κίας) Αὐρηλίας Ἐρωταροῦδος παιδία τε καὶ ἔγγονα ἐν τῆ πυαλίδι τῆ ἰσερχομέ-
νων ἐν δεξιοῖς· βουλόμεθα δὲ ἐν τῆ εὐωνύμω πυαλίδι ἐνταφῆναι Λάλλαν τὴν ὑπὸ ἡμῶν
ἀνατραφεῖσα[ν] μ[ε][τ]ὰ τοῦ συνβίου α[ὐ]τῆς καὶ τέκνων καὶ ἐγγόνων· ἐν δὲ τῆ ἄντικρυς
πυαλίδ[ι τ]ὸν θρ[επ]τὸν ἡμῶν Ἀγαθήμερον καὶ τὴν τούτου γυναῖκα Συν(τ)ροφίαν καὶ τὰ ἐ-
ξ αὐτ[ῶν τέ]κνα κ[αὶ Δι]ονυσίαν τὴν ὑφ' ἡμῶν ἀνατραφεῖσαν καὶ τὸν ἄνδρα αὐτῆς Αὐρήλιον

b . . . . καὶ τὰ ἐξ αὐ]τῶν παι-
δία τε καὶ ἔγγονα· καὶ κατεσ]τήσαμεν
ἔξωθεν ἐν τῶ ὑποσορίω? κ]αὶ σ[ωμ]α-
τοθήκην ἐν ἧ . . . . τὴν ὑφ' ἡμῶ]ν ἀνα-
τραφεῖσαν καὶ τὰ ἐξ αὐτῆς π]αιδία
καὶ ἔγγονα βουλόμεθα? ταφῆ]ναι·
ἐὰν δέ τις . . . . πα]ρὰ ταῦ-
τα ποιήση, ἀποτείσει Σι]δυμέ-
ων τῶ δήμω δραχμὰς πεντάκ]ις χ[ει-
λίας καὶ τῶ ἱερωτάτω ταμε]ίω τὰς
ἴσας?]. . . . . λικὸς
. . . . α]ὐτῶν
. . . . ι]ον.

b

Anno 1908 descripsi et ectypa feci.

CIG 4224e (*a*), Diamandaras Πρόοδος 6 XI 1907 (*a* et *b*).

b 11 ἴσας Zingerle (conf. Dittenberger Suppl. 179,8); extr. in eodem versu γυνα]ικὸς?

250 Prope Sandschaklik-liman aedes sepulcralis lapidibus quadratis calcariis exstructa, cuius ostium 0·60 m latum est; limen autem superius 1·30 m longum et 0·30 m altum litteris 0·03—0·02 m altis ita inscriptum est, ut versus postremi (8—15) ad dexteram apponerentur, quia v. 7 iam ipsum marginem inferiorem attingit. ΑΕΗΜΜΝΞΣΥΩ

Τὸ μνημεῖον κατεσκεύασεν
Εὐτύχης Ἑρμαόρτου (sic), καθὼς
ἡ βουλὴ ἐπέτρεψεν ἐπὶ ἀρχιερέος
Λικιννίου Λόνγου Ἀρτεμεισίου β',
ἑαυτῷ καὶ γυναικὶ αὐτοῦ καὶ τοῖς
ἐξ αὐτῶν καὶ γυναιξὶν αὐτῶν καὶ τέ-
κνοις· ἑτέρῳ δὲ μηδενὶ ἐξεῖναι
ταφῆναι· εἰ
δὲ μή, ὁ θάψας
ἐκτείσι Σιδυ-
μέων τῷ δήμῳ (δηνάρια) φ'
ἐξ ὧν ὁ κατηγορῶν
λήνψεται τὸ πέν-
πτον τοῦ προστί-
μου.

Anno 1908 descripsi.

v. 1 extr. Ν>, v. 4 extr. ΙΟΥΒ, v. 11 extr. ΜΩ✱Φ

v. 4: Aprili mense anni 133 p. Chr.


251 Prope Sandschaklik-liman parva aedes sepulcralis, in cuius limine superiore 1·38 m longo et 0·28 m alto titulus litteris 0·02 m altis inscriptus est. ΑΕΗΜΝΞΣ

Τὸ μνημεῖον κατεσκεύασαν Ἐπαφρόδι-
τος Ποπλίου ἑαυτῷ καὶ γυναικὶ καὶ θρεπτοῖς
καὶ Γαλάτης Φιλοκάλου ἑαυτῷ καὶ γυναικὶ καὶ
τέκνοις· ἑτέρῳ δὲ μηδενὶ ἐξέστω ταφῆναι,
ἢ ἀποτίσι ὁ θάψας Σιδυμέων τῷ δήμῳ (δηνάρια) χ'· ὁ δὲ
μηνύσας λήψεται τὸ τρίτον.

Diamandaras exemplar suum mihi suppeditavit, quod ediderat in Προόδῳ 6 XI 1907.

v. 3 Γαδάτης?

252 Prope Sandschaklik-liman fragmentum lapidis calcarii, cuius margo superior est servatus, 0·31 m altum, 0·37 m latum, 0·25 m crassum; litterae 0·03 m altae.



Ἀρχιερατικῷ κα[ὶ . . . .
καὶ Στρατονείκ[ῳ καὶ τῇ
φ]ίλῃ ἡμῶν Τατ[ιανῇ?
ἑτέρῳ δὲ μηδε[νὶ ἐξεῖ-
ν]αι ⟨εναι⟩ ἐνθάψ[αι, ἢ ἔστω
ἀσ]εβὴς καὶ ὀφ[ειλέτω
Σιδυμ]έ[ω]ν τῇ [γερου-
σίᾳ (δηνάρια) . . ὧν ὁ] ἐ[λένξας
[λήνψεται τὸ τρίτον.]

Anno 1908 descripsi et ectypum feci.

Initium tituli (Τὸ μνημεῖον κατεσκεύασαν ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα) alio sepulcri loco inscriptum fuisse patet.

v. 3 Kubitschek: Φ]ιλή⟨η⟩μων Τατ[ᾶ τοῖς τέκνοις· v. 4 sq. idem: μηδε[νὶ ἐξουσίαν π]α[ρ]ε(ῖ)ναι; v. 5 num ΕΝΑΙ scriptum est pro ΤΙΝΑ? v. 7 Kubitschek: τῇ [πόλει.

253 Ex Sandschaklik-liman apportatum est in Megisten insulam, ubi in domo Andreae Manolis invenimus, fragmentum lapidis calcarii 0·46 m altum, 0·42 m latum, 0·15 m crassum, cuius superior solus margo servatus esse mihi videbatur; ac suspicor eam fuisse partem postis ianuae aedis sepulcralis; litterae 0·03—0·035 m altae. ΑΕΗΜΝΞϹΥΩ

. . . .
. . . .
. . . . [ἄλλος δὲ
μ]ηδὲ εἷ[ς] ταφή-
τ]ω· εἰ δὲ μή, ἀ[πο-
τ]ειζάτω ὁ θά-
ψ]ας καὶ συνχω-
ρ]ήσας τῷ Σιδυ-
μέ]ω(ν) δήμῳ (δηνάρια) ͵αφ',
ὧν ὁ] ἐλένξας λαβέ-
τω τ]ὸ τρίτον.

Anno 1908 ectypum feci.


Diamandaras BCH 1899 XXIII 335 n. 7.

v. 1 ΗΔΕΕΙΤΑΦΗ (inter Ι et Τ potest fuisse ε), Diamandaras ἐ[ν]ταφή[τ]ω; litterae versuum primae et extremae hoc ordine positae sunt:

Ⅎ	Η
Ω	Α
Ε Ι	Α
Α	Ω
ⅎϹ	Υ
Ω	Φ
ΕΛ	ΒΕ
ϽΤ	

ineunte in v. 7 Diamandaras: [ὁ δὲ] ἐλένξας.

254 Supra Sandschaklik-liman in arce fragmentum lapidis calcarii, cuius margo superior fascia 0·05 m alta terminatus solus est servatus, 0·47 m latum et 0·22 m altum; litterae 0·03 m altae.



Τὸ μνημεῖον κατεσκεύασεν] . . . . η περιοῦσα Λο[νγείνῳ?
. . . . ἑτέρῳ δὲ μηδενὶ ἐ]ξὸν εἶναι ἐν μηδε[νὶ τοῦ
μνημείου μέρει? ἐνθάψαι τινά, ἢ ὁ τοιοῦτ]όν τι τολμήσας ἀπ[οτείσει
Σιδυμέων τῇ γερουσίᾳ (δηνάρια).. καὶ τοῖς ἔγγιστα γένου?]ς ὑπόδικ[ος ἔσται
καὶ ἔξωθεν ὑποκείσεται τοῖς ἐπ]ὶ τ[ούτων διατεταγμένοις.

Anno 1908 descripsi et ectypum feci.

v. 3 in. pro iis quae descripseram ΙΥΤ iam in ectypo cognovi legi posse ΟΝΤ; v. 4 τοῖς ἔγγιστα γένους (βουλομένοις) Zingerle, qui idem suppl. v. 5; v. 5 Heberdey: ὁ δὲ ἐλένξας λήνψεται τὸ τρίτον?

255 Supra Sandschaklik-liman in arce fragmentum marmoreum undique mutilatum 0·26 m latum; litterae 0·03 m altae.



Anno 1908 descripsi et ectypum feci.

Ante folium descripsi ΡΙΤΑ (ὧν ὁ ἐλένξας λήμψεται τὰ τ]ρίτα [μέρη?).

IV PYDNAE VEL CYDNA (ÖSLEN)




Reisen I tab. XXXI

Ad occidentem a Xantho fluvio surgit ex ipso litore collis qui occupatur castello satis bene servato, quod Niemann Reisen I 124 sq. ita descripsit: „Die Ringmauer bildet ein unregelmäßiges Vieleck mit Seiten von sehr verschiedener Länge, welche ein Areal von zirka zwanzigtausend Quadratmeter einschließen. Die Konstruktion ist durchaus polygon und von guter Fugung. In verschieden großen Intervallen sind der Mauer elf viereckige Bastionen oder Türme vorgelegt, welche stellenweise bis zur Höhe von mehr als zehn Meter aufrecht stehen. Die Mauer ist nicht ganz einen Meter stark und mit 0·26 ^{m} dicken Deckplatten belegt, welche auf der Innenseite weit ausladen und an den Steilstellen des Abhangs treppenförmig übereinanderliegen. Auf diese antiken Deckplatten ist aus Bruchsteinen mit Mörtel eine Brustwehr mit Zinnen aufgebaut. Die Festung hat nur zwei Eingänge, den einen in der Ost-, den andern in der Nordseite des Polygons. Die Türme haben Türen auf der Innenseite, ein von der Mauerbrüstung aus zugängliches Obergeschoß, Schießscharten und größere Fenster. Im Innern der Türme beweisen horizontale Gesimse, die sich an ihren beiden längeren Seiten befinden, daß querüberliegende Holzbalken sowohl den oberen Abschluß — das vermutlich flache Dach — als auch die Zwischendecke der beiden Geschosse bildeten. An sieben Stellen führen schmale steile Treppen zur Mauer hinauf. Innerhalb der Festung fanden wir bei flüchtiger, durch Gestrüpp erschwerter Untersuchung keine Häuserreste, überhaupt nichts als die Ruine einer Kirche in der Ostecke. Es ist eine kleine, nach Osten orientierte Basilika von fünfthalb Meter Mittelschiffbreite, aus Bruchsteinen mit Mörtel aufgeführt."

Huic arci nomen in stadiasmo 248 sq. (Geogr. Gr. min. I 493) est Πύδναι, apud Ptolemaeum V 3 3 Κύδνα. quam formam utramque esse retinendam demonstrare videtur Steph. Byz. Κύδνα πόλις Μακεδονίας· Θεαγένης ἐν Μακεδονικοῖς· ἡ κατὰ παραφθορὰν Πύδνα λέγεται. in nummis vero aut in titulis neutra legitur.



Reisen I fig. 75



Reisen I fig. 71

256 In basi rupta.

ΟϹϹ	Π]οσ[ει-
ΔѠΝΙ	δῶνι
ЄΥΧΗ	εὐχῇ
ΜΑΥϹѠ	Μαυσώ-
ΛΟΥΑΛΑ	λου ἀλα-
ΒΑΡΧΟΥ	βάρχου.

Reddidi quae ediderat Fellows Lycia 161.
CIG 4267. (IG Rom. III 608, Dittenberger Suppl. 570)
De alabarchis conf. Seeck P.-Wiss. I 1271 et Rostowzew Röm. Mitt. 1897 XII 76 et Dittenberger.

257 et **258** A Pydnis ad orientem et septem triones columna fracta, cuius pars summa inscripta erat. „In der Nähe lag eine ähnliche Säule mit sehr unregelmäßigen, noch ärger verwitterten Buchstaben, auf der ich nur gegen Ende ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ entziffern konnte." Reisen.

Αὐτοκράτορ-
σιν Κ[α]ίσαρσιν
Γάιω [Οὐ]αλ(ερίω)
Διοκλ[ητιανῷ
καὶ Μάρ(κω) Αὐρ(ηλίω)
Οὐαλ(ερίω) Μ[α]ξιμιανῷ
Εὐ[σε]β[έσι] Εὐτυ-
χέσιν Σεβ(αστοῖς)
καὶ Φλα(ουίω) Οὐαλ(ερίω)
Κωνσταντίω
καὶ Γαλ[ερίω
Μαξι[μι]ανῷ
ἐπιφ(ανεστάτοις) Καίσ(αρσιν)
Ξανθίων
ἡ μητρόπολ[ις.

R. de Schneider 1882 descripsit.
Reisen II 62 n. 121a, (IGRom. III 606)
v. 2 med. Κ/, v. 4 extr. ΚΛΙ, v. 8 ϹΕΒ, v. 11 ΓΑΛΟ, v. 12 in. ΜΑΞΙΛ, v. 13 ΕΠΙΦ.ΚΑΙϹϹ; in v. 3, 6, 7, 15 omnino perierunt litterae uncis inclusae
„Inter diem I. mensis Martii 292 [potius 293], qua Constantius I et Galerius Caesares vocati sunt, et annum 305, quo Augusti." IGRom.

---

259 „Two tombs were to be found ...... near the outside of the south gate (?). The following inscription was upon a stone which had been over the doorway of one of them ..... Three lines of this inscription are cut upon the ornamental moulding and have apparently been added at a subsequent period." Fellows Lycia 161 et 163.

ΓΟΝΙΟ ΙΑΤΕϹΚΕΥΑϹΕΝΕ ΙΜΙ ΟϹΕΠΑΦΡΟΔΕΙΤΟΥϹΑΝΟΙΟΣ
ΕΑΥΤΩ ΙΙΕΚΝΟΙϹΚΑΙΕΝΓΟΝΟΙΣΚΑΙΣΥΝΓΕΝΕΙΣΙΕΤΕΡΩΑΕΟΥΤΕΝ

ΤΟΥ ΟΥΤΟΙΔΙΟΝѠЄΡΟϹЄΞ ΧѠΡΗΟΙΔΙΑΤѠΝΑΧΕΤѠΑΥΡΗΛΙѠ
ΖѠϹΙΝѠΕΙΤΗΕΒΔΟΜΗΤΟΥΛΠΕΜΑΙΟΥΜΗΝΟΣΑΡΧΙΕΡΕΙΤΑΥΡΕΙΝΟΥΕΙΜΗ
ΜΗΜΟΝΟΡΑΥΤΟϹΟΖѠϹΙΜ ΟΥϹΑΝΒΟΥΛΗΘΗ

ΗΟΠΑΡΑΤΑΥΤΑΠΟΙΗϹΑϹΑΠΟΤΕΙϹΕΙΞΑΝΘΙΩΝ
ΤΗΠΟΛΕΙ ✱ϹΝ

T]ὸ [ἡρῷον κ]ατεσκεύασεν Ἐ[πιτ?]ίμι ος Ἐπαφροδείτου [Ξ]άν[θ]ιος
ἑαυτῷ [καὶ τ]έκνοις καὶ ἐνγόνοις καὶ συνγενεῖσι· ἑτέρῳ [δ]ὲ οὐτ(?)εν[ί·

Τού[τ]ου τὸ ἴδιον [μ]έρος ἐξ[ε]χωρή[θη] διὰ τῶν ἀ(ρ)χε[ί]ω(ν) Αὐρηλίῳ Ζωσί[μ]ῳ ἐ[ν] τῇ ἑβδόμῃ τοῦ [Ἀ]πε[λλ]αίου μηνὸς ἀρχιερέ[ος] Ταυρείνου.

εἰ μὴ
⟨μὴ⟩ μόνο[ς] αὐτὸς ὁ Ζώσιμ[ος] οὓς ἂν βουληθῇ·

ἢ ὁ παρὰ ταῦτα ποιήσας ἀποτείσει Ξανθίων
τῇ πόλει (δηνάρια) σν′.

Reddidi quae ediderat Fellows Lycia 162.
CIG 4268. (IG Rom. III 638)

Postquam sepulcrum Zosimo traditum est, versus 3 sqq. additi sunt; quorum ea pars, quam sicuti tabulam quadratam lineis includendam curavi, ipsa per se stat atque absoluta est, cum verba εἰ μὴ μόνος αὐτὸς ὁ Ζώσιμος οὓς ἂν βουληθῇ (ἐνταφῆναι συνχωρήσει), quae ad formulam publicae auctoritatis quam secuntur satis apte applicari non possunt, pertineant ad ἑτέρῳ δὲ οὐδενί (v. 2); si enim recte Fellows 408 statuisset: „line 6 is the exact continuation of line 2", illa verba non haberent quo referrentur.

v. 1 Τὸ ἡρῷον προ]γονι[κ]ὸ[ν? Ἐπιτίμιος Kubitschek; v. 2 extr. Zingerle: οὐ[κ] ἐ(ξό)ν? Radermacher: οὐ[κ] ἔν[ι? v. 3 Τοῦ [ἡρώ]ου? Heberdey: τὸ [τρίτ]ον [μ]έρος? v. 4 ἀρχιερέ[ως] Αὐρ(ηλίου) (Ὑγ)είνου? CIG: εἰ[κοσ]τῇ ἑβδόμῃ? et [ἐπὶ] ἀρχιερέ[ως]; Wilhelm lectionem ἀρχιερεῖ Ταυρείνου eo tueri studet quod saepius genetivus et dativus inter se confundantur, conf. Dittenberger Suppl. II p. 728, Radermacher Neutestam. Gramm. 110, 186; v. 5 μόνο[ς] Radermacher.

260 Tabula marmoris albi 0·445 m alta, 0·93 m lata, 0·16 m crassa, insignis crepidine superiore, in cuius parte proclivi duo primi versus sunt inscripti, ex Oeslen apportata ab Harvey anno 1844 in museum Britannicum; litterae 0·03—0·015 m altae.

ΑΥΡΗΛΙΟΙ·ΙΑϹΩΝ ΔΙϹ ΑΛΑΙΜΙΟϹ ΚΑΙ ΧΡΥϹΙΟΝ
ΕΛΕΥΘΕΡΟΥ ΞΑΝΘΙΟΙ ΕΩΝΗϹΑΜΕΘΑ ΔΙΚΑΙ
ΟΝ ΑΥΡΗ ϹΥΜΦΕΡΟΝΤΟϹ ΔΑΜΟΧΑΡΕΩϹ
ΞΑΝΘΙΟΥ Δ ΙΑ ΤΩΝ ΑΡΧΕΙΩΝ ΑΡΧΙΕΡΕΩϹ
ΚΑΛΛΙϹΤΡΑΤΟΥ ΑΡΤΕΜΕΙϹΙΟΥ ΙΓ
ΕΠΙ ΤΩ ΤΕΘΗΝΑΙ ΕΝ ΤΩ ΗΡΩ ΗΜΑϹ ΤΕ
ΚΑΙ ΟΥϹ ΑΝ ΒΟΥΛΗΘΩΜΕΝ ΚΑΙ ΤΟΥϹ
ΕΞ ΗΜΩΝ ΓΕΝΟΜΕΝΟΥϹ ΥΙΟΥϹ

H. B. Walters ectypum benigne nobis misit.

Marshall The collection of ancient greek inscriptions in the British Museum IV 2 n. 1043; conf. Vaux Handbook to the antiquities in the British Museum 162 n. 176 et Benndorf Reisen I 125.

Αὐρήλιοι Ἰάσων δὶς Αλαίμιος καὶ Χρυσίον
Ἐλευθέρου Ξάνθιοι ἐωνησάμεθα δίκαι-
ον Αὐρη(λίου) Συμφέροντος Δαμοχάρεως
Ξανθίου διὰ τῶν ἀρχείων ἀρχιερέως
Καλλιστράτου Ἀρτεμεισίου ιγ′
ἐπὶ τῷ τεθῆναι ἐν τῷ ἡρώ(ῳ) ἡμᾶς τε
καὶ οὓς ἂν βουληθῶμεν καὶ τοὺς
ἐξ ἡμῶν γενομένους υἱούς.



Arx Xanthi cum Xantho fluvio (Reisen I tab. 23)

PARS QVARTA

XANTHVS (KINIK)

Xanthum maximam Lyciorum urbem fuisse testatur Strabo XIV 3 6: ἡ πόλις ἡ τῶν Ξανθίων ἐστὶ μεγίστη τῶν ἐν Λυκίᾳ, eiusque magnitudo ac splendor amplitudine reliquiarum ostenditur, quas primus Fellows mense Aprili anni 1838 inviserat, eodem mense anni 1840 accuratius perscrutatus est (A journal written during an excursion in Asia minor 1839 p. 225 sqq., Lycia 1841 p. 164 sqq.). quae ille Xanthi exploraverat, simul cum monumentis antiquitatis Xantho in museum Britannicum transportatis Ritter Kleinasien 1015 sqq. describendo ita complexus est, ut nihil fere novi accederet, antequam Benndorf annis 1881 et 1882 Lyciam peragravit. qui quae in libro suo (Reisen I 84 sqq.) proposuit, E. Krickl anno 1892 forma urbis adumbrata illustravit.

Ex quo tempore Xanthus urbs a rerum scriptoribus primum commemoratur, summa eius roboris potentiae auctoritatis continebatur arce munita. de qua Benndorf Reisen I 85: „Der Hügel“, ait, „ist nur 100 Meter hoch (der höchste Punkt liegt 173 Meter über Meer) und bildet ein Viereck von nicht mehr als zwei Drittel Kilometer Seitenlänge. Hart an den Fluß gerückt, wo die Felsen unerklimmbar sind, erhebt er sich rings mit scharfen Rändern und steigt gegen Norden allmählich an, so daß die ganze Stadt nach dem Meere hin gewandt war und von den Sonnenstrahlen senkrecht getroffen wurde. Querüber von Ost nach West krönt ihn oben eine ovale Kuppe, welche in Gestalt und Größe der Akropolis von Athen vergleichbar ist und wie diese auch nur einen Zugang, von dem östlichen Ende des Ovales her, besitzt“. et p. 86: „Der Bodengestalt nach war Xanthos keinesfalls leicht zu verteidigen, die Stadtmauer ist daher mit Sorgfalt gebaut und allseitig um den Rand des Hügels geführt. Aus vorzüglichem Polygon- und Quaderwerk bestehend, streckenweise in spätern Epochen ergänzt und erneuert, allem Anscheine nach auch einmal zusammengezogen und verengert, bezeugt sie in ihrem heutigen Zustande die wechselnden Schicksale der Stadt und die dreimalige heldenmütige Verteidigung, welche ihre Bürger gegen fremde Invasion bestanden. Sicher aber umschloß sie nur einen verhältnismäßig kleinen Teil des bewohnten Gebietes. Trümmer ziehen sich weit nach Norden und Nordosten den Abhang entlang, Gräber sind rings unter den Stadtmauern auch auf der Flußseite in den Felsen eingehöhlt, Sarkophagreihen stehen in dem Gehölz der rechten Uferebene und auf einem flachen, langgestreckten Hügel, der durch einen schwachen Einschnitt getrennt die Akropolis gewissermaßen nach Osten fortsetzt. Auf diesem letzteren finden sich auch die Trümmer eines Aquäduktes, der



Forma Xanthi urbis

1 : 4000

E. Krickl anno 1892 adumbravit

a = antik
m = mittelalterlich
Pf. = Pflaster
Pf. G. = Pfeilergrab


F. G. = Felsgräber
G. H. = Grabhaus
S = Sarkophage
(S) 1 — Sarkophag mit Tierkampf (TAM I 46)

(S) 2 = Sarkophag mit Löwenrelief
S 3 = Sarkophag mit lyk. Inschrift (TAM I 36)
S 4 — Sarkophag mit Figurengruppe



[illegible] monumentum Harpyiarum quod dicitur et aedes sepulcralis cum sarcophago (Reisen I tab. 26)

vom Aklerdagh her die Stadt mit Gebirgswasser versorgte, und über eine Viertelstunde von der Akropolis entfernt, die Überreste eines großen, anscheinend gewölbten Quaderbaues."



[illegible] mae mur[illegible] alis

Infra arcem ad meridiem situm est forum saxis stratum, ubi praeter cetera aedificia exstructae sunt duae illae columnae, quarum una monumentum Harpyiarum nominatur, altera insignis est longitudine tituli Lycia lingua inscripti et epigrammate Graeco (TAM I 44). ad meridiem a foro conspicitur arcus Vespasiani (TAM II 270), prope quem illud aedificium summa quondam arte exornatum signisque Nereidum celebratum, de cuius natura atque aetate Guilelmum Klein nuper (Jahrbuch 1918 XXXIII 27 sqq.) disputasse Wilhelm me admonet, iam ut ita dicam humi iacet. per arcum autem via antiquitus strata ad theatrum pertinet, cuius cavea adversa est arci. summam iuxta caveam, cui vicina sunt moenia Byzantina, collocata est columna quadrata (TAM I 50), e cuius titulo Graeco quamvis mutilatus sit id certe intellegitur columnam, cum theatrum aedificaretur, illuc translatam esse (ἀπ]οκαθελὼ[ν] μετέθηκεν), quia sine dubio spatium quod antea occupaverat ad theatrum constituendum opus erat. tota hac regione multae parietinae inveniuntur, inter quas illud quoque Σαρπηδόνειον fuisse puto cuius Appianus b. civ. IV 78 mentionem facit; conf. M 313 sq. ubi Sarpedo Glaucum appellat:

καὶ τέμενος νεμόμεσθα μέγα Ξάνθοιο παρ' ὄχθας
καλὸν φυταλιῆς καὶ ἀρούρης πυροφόροιο.

Numero vero etiam Xanthi praestant sepulcra, quorum maxime sunt insignes columnae quadratae, quales sunt columna Xanthia quae vocatur (TAM I 44), monumentum Harpyiarum, columna illa theatro proxima, denique quarta ad orientem ab arce sita. multo plura autem sepulcra e rupibus excisa sunt, quorum maxima parte clivus arcis orientalis occupatur. in eadem regione ab arce per campum ad orientem et meridiem usque ad collem, e quo aquas Xanthum ductas esse audivimus, tantus sarcophagorum numerus diffusus est, ut quasi sedes mortuorum Xanthios illic potissimum collocasse colligas. praeterea permulti sarcophagi in dextra Xanthi fluvii ripa eminent, ubi hodie vicus cui nomen est Karaköj inter virgulta latet. sed etiam temporibus superioribus illic non tantum sepultos esse Xanthios cum e muris antiquis lapidibusque edolatis, quorum nonnulli crepidinibus ornati sunt, intellegitur tum e fundamentis aedificii quadratis quae fere 6[m]

longa et lata sunt, denique e titulo honorario a nobis reperto (n. 281). accedit quod in colle vicino castellum sive a Byzantinis sive a Turcis exstructum fuit, ut arci Xanthiorum opponeretur. ad septem triones autem et orientem a Xantho tria fere milia passuum distant sepulcra Turcorum, ad quae exornanda non paucae arae sepulcrales Xanthiorum adsumptae sunt.

Xanthi nomen, quod oppido cum fluvio commune est, Graecae esse originis quis non videt. antea oppido nomen Arna, fluvio Si(m)ber vel Sirmis vel Sirbis fuerat. quae fluvii nomina (Panyassis Heraclea 18 ed. Kinkel: Σίβρῳ ἐπ' ἀργυρέῳ ποταμῷ, Eustath. ad M 313 sq.: Ξάνθον . . . ὃς λέγεται μὲν ὕστερον Σίρμις κληθῆναι· νῦν δὲ τὴν ἀρχαίαν κλῆσιν τηρεῖ, scholia ad M 313 sq.: ὁ δὲ Ξάνθος Σίρβις νῦν (!) καλεῖται, Strabo XIV 3 6 ὁ Ξάνθος ποταμὸς ὃν Σίρβιν ἐκάλουν οἱ πρότερον) Augustus Haffner, cuius doctrinam liberalitatemque consului, eo subtiliter consociavit, quod in lingua Arabum adiectivi asmaru, quod vim habet flavi vel potius fulvi coloris, forma pluralis numeri est sumr et feminini generis, quam formam ut rerum condicioni ac linguae legibus aptiorem commendat, samrâu. itaque genuina figura nominis, quod idem valet atque Ξάνθος, Σίμρος erat vel Σίμβρος, unde litterarum ordine mutato Σίρμις et Σίρβις formae ortae sunt. cum sumr et Σίμβρος nomen oppidi Lycii Σύμβρα congruit, quod e Ptolomaeo V 3 3 et e titulis inscriptis novimus. hoc oppidum, quamvis ad Simbrum vel Xanthum fluvium situm fuisse veri simillimum sit, tamen non licet cum Xantho aequare, id quod C. Müller in editione Ptolomaei suasit, quoniam simul cum Xantho Symbra oppidum nominatur et a Ptolomaeo V 3 3 et in singulari illo Opramoae monumento (vid. Heberdey Opramoas XIX BC). quod vero C. Müller addit: „sin a Xantho diversam esse malueris, referri ad eam possent rudera quae ad occidentalem Xanthi fl. ripam . . . ad vicum Tschurkur-indjire supersunt", hanc ratiocinationem Kubitschek, quae est eius subtilis doctrina, ipsis testimoniis numerisque Ptolomaei nisus refellit.

Cum igitur nomen antiquius Xanthi fluvii a colore aquae ipsum quoque repetitum Phoenicibus vel alii genti Arabibus cognatae tribuendum sit, quae multo ante Graecos hanc oram mercaturae causa paulisper incoluisse videtur, nisi forte ipsi Solymi, quos ante Lycios illic habitasse Herodotus I 173 adfirmat, tali lingua utebantur, urbi nomen Arnae, quod in titulis nummisque vere Lyciis ᑭᑭΞNᑭ scribitur atque etiam in Culicis v. 14 (Arna Chimaereo Xanthi perfusa liquore) contra codices (Alma) legendum est, incolas Asiae minoris antiquissimos illos, quos in Graeciam quoque atque etiam in Italiam immigrasse constat, indidisse luce clarius est. invenitur enim idem nomen in Boeotia et Thessalia, Thracia Umbria Etruria aliisque locis (conf. P.-Wiss. II 1202 sq.) et simillimum est nomen Arnearum oppidi Lyciae, neque Graeca eius stirps eo probatur, quod Rheam Neptunum nuper in lucem editum Mantineae iuxta Arnam puteum inter ἄρνας abdidisse Saturnoque dissimulasse Pausanias VIII 8 2 narrat. aliam nominis explicationem proponit Stephanus Byz.: Ἄρνα πόλις Λυκίας· οὕτω γὰρ ἡ Ξάνθος ἐκαλεῖτο ἀπὸ Ἄρνου τοῦ καταπολεμήσαντος Πρωτόγονον, neque vero quicquam inde lucramur, quia nemo alius huius Arni mentionem fecit et ne id quidem certum est illum Protogonum eundem esse quem VI. hymnus Orphicorum veneratur, immo Hoefer (Roscher III 3183 sq.) hoc improbat. at tamen ut iste Protogonus in XIV. hymno Orphico pater Rheae deae Cretensium nominatur, ita de Xantho urbis conditore Stephanus Byz. vel potius Hecataeus (Frgm. hist. Graec. I 241) ait: Ξάνθος πόλις Λυκίας . . . παρ' ἣν Ξάνθος ἐξίησι ποταμός· ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Ξάνθου Αἰγυπτίου ἢ Κρητὸς οἰκιστοῦ et Augustinus de civ. dei XVIII 12: Per eos annos (aetate Ericthonii) a rege Xantho Cretensium cuius apud alios aliud nomen invenimus rapta perhibetur Europa et inde geniti Rhadamanthus Sarpedon et Minos quos magis ex eadem muliere filios Iovis esse vulgatum est. quibus cum testibus quae Herodotus I 173 de maioribus Lyciorum Cretensibus profert concinunt; conf. Alex. Myrl. Βιθυνιακά I 1 (Frgm. hist. Gr. III 300): Ἄπτερος (heros Cres) . . . . ἔφυγε πρὸς Ξάνθον εἰς Τέρμερα. quae cum ita sint, nescio an fabula Arni καταπολεμήσαντος Πρωτόγονον ita intellegenda sit, ut incolae Xanthi antiquissimi Cretes advenas bellando aliquamdiu arcuerint.

Xanthum autem illum, quem inferiore aetate ut deum cultum esse e titulis inscriptis 293 sqq. discimus, e Praxidica natum esse Panyassis in Heraclea (18 ed. Kinkel) narravit:

> ἔνθα δ' ἔναιε μέγας Τρεμίλης καὶ ἔγημε θύγατρα
> νύμφην Ὠγυγίην ἣν Πραξιδίκην καλέουσι
> Σίβρῳ ἐπ' ἀργυρέῳ ποταμῷ περιδινήεντι·
> τῆς δ' ὀλοοὶ παῖδες Τλῶος Ξάνθος Πίναρός τε
> καὶ Κράγος ὃς κρατέων πάσας ληίζετ' ἀρούρας.

in v. 1 nomine θύγατρα, quod a doctis temere temptatum est, coniuncto cum Ὠγυγίην filiam Ogygi significari mihi persuasi, id quod iam Woerner (Roscher III 688) et Hoefer (Roscher III 2928) minore fiducia pronuntiaverunt; conf. Radermacher Sitzungsber. Akad. Wien 1915 CLXXVIII 1 28 sq. quod autem nomen proprium enuntiato relativo ἣν Πραξιδίκην καλέουσι additur, mirum in modum convenit cum Photio et Suida (s. v. Πραξιδίκη): Διονύσιος δὲ ἐν Κτίσεσιν (Frgm. hist. Gr. IV 3) Ὠγύγου θυγατέρας Ἀλαλκομένειαν Θελξίνοιαν Αὐλίδα ἅς ὕστερον Πραξιδίκας ὀνομασθῆναι. quo testimonio, quod scriptori IV. saeculi a. Chr. tribuitur, filias Ogygi simul vocatas esse Πραξιδίκας confirmatur. atqui Ogygus, quem e Boeoto ortum esse Corinna statuisse dicitur (Poetae lyrici Graeci ed. Bergk III[4] 31), antiquissimus fuit Thebarum rex (conf. Woerner Roscher III 684 sqq. et H. Ehrlich Rhein. Mus. 1908 LXIII 637 sq.). ergo si haec omnia mente complectimur, conditorem Xanthi eiusque fratres stirpem a Boeotia duxisse Panyassis vel eius auctores videntur credidisse. ad quam opinionem eos adductos esse suspicor memoria Arnae celeberrimae quondam et munitissimae urbis Boeotiae (vid. Noack Arne Athen. Mitt. 1894 XIX 405 sqq.), cuius colonia Arne in Lycia videri poterat. accedit quod Stephanus Byz. Ogygum e Termera natum esse dicit, quod nomen sine dubio cum TPXMEΛE nomine Lyciorum domestico cohaeret (vid. p. 2), et pergit: λέγονται καὶ οἱ Λύκιοι Ὠγύγιοι ἐξ αὐτοῦ Ὠγύγου. minoris ad hanc quaestionem illustrandam momenti est, quod praeterea apud Photium et Suidam illo loco scriptum legimus: Μνασέας δὲ ἐν τῷ περὶ Εὐρώπης (Frgm. hist. Gr. III 17) Σωτῆρος καὶ τῆς ἀδελφῆς Πραξιδίκης γενέσθαι Κτήσιον υἱὸν καὶ θυγατέρας Ὁμόνοιαν καὶ Ἀρετὴν ἃς ἀπὸ τῆς μητρὸς Πραξιδίκας κληθῆναι.

Xanthi parentes cum Panyassis Tremilem, auctorem gentis Termilarum vel Lyciorum, et Praxidicen, quam cum quadam veri specie ad Boeotiam rettulisse nobis videmur, nominet, a Diodoro V 81 2 Xanthum quendam e Triopa ortum esse audimus: Ξάνθος ὁ Τριόπου τῶν ἐξ Ἄργους Πελασγῶν βασιλεύων καὶ μετασχὼν μέρος τι τῆς Λυκίας χώρας τὸ μὲν πρῶτον ἐν αὐτῇ κατοικῶν ἐβασίλευε τῶν συνακολουθησάντων Πελασγῶν· ὕστερον δὲ περαιωθεὶς εἰς τὴν Λέσβον οὖσαν ἔρημον τὴν μὲν χώραν τοῖς λαοῖς ἐμέρισε, τὴν δὲ νῆσον ἀπὸ τῶν κατοικούντων αὐτὴν Πελασγίαν ὠνόμασε (conf. Hygini fabulam CXLV: ex ea [= Nioba] natus est Argus . . . . . ex Argo et Euadne Criasus Piranthus Ecbasus nati, ex Pirantho ⟨et?⟩ Callirhoe Argus Arestorides Triopas, hic [= hinc?] ex hoc ⟨et?⟩ Eurisabe Anthus [= Xanthus?] Pelasgus Agenor, ex [Triope et] Arestoride [Xanthus et] Inachus). Eustathius vero ad Dionysii Perieg. v. 129 haec adscripsit: Πάταρος καὶ Ξάνθος λῃσταὶ παῖδες Λαπεῶνος βίον ἐκ τοῦ πειρατεύειν ἀποχρῶντα πορισάμενοι κατέλυσαν τὴν τοῦ λῃστεύειν πλάνην καὶ τῇ Λυκίων γῇ προσσχόντες ᾤκησαν βεβαίως ἐκεῖ. καὶ ἀπὸ μὲν τοῦ πρεσβυτέρου Ξάνθου ποταμὸς ἐκεῖ Ξάνθος ἐκλήθη καὶ πόλις ὁμώνυμος, ἀπὸ δὲ τοῦ λοιποῦ ἐκλήθη τὰ Πάταρα.

Bellerophon autem, qui ὅτε δὴ Λυκίην ἷξε Ξάνθον τε ῥέοντα (Z 172) non longe a Xantho urbe Chimaeram interemit, ipsis cum Xanthiis suscepit inimicitias, id quod Plutarchus Γυναικῶν ἀρεταί 248 D (Λύκιαι Bernard. II 212) vel potius Νύμφις ἐν τῷ τετάρτῳ περὶ Ἡρακλείας (Frgm. hist. Gr. III 14 sq.) memoriae prodidit: λέγει γὰρ ὅτι σῦν ἄγριον ἐν τῇ Ξανθίων χώρᾳ καὶ ζῷα καὶ καρποὺς λυμαινόμενον ἀνελὼν ὁ Βελλεροφόντης οὐδεμιᾶς ἐτύγχανεν ἀμοιβῆς· καταρασαμένου δὲ τῶν

Ξανθίων αὐτοῦ πρὸς τὸν Ποσειδῶνα πᾶν τὸ πεδίον ἐξήνθησεν ἁλμυρίδα καὶ διέφθαρτο παντάπασι τῆς γῆς πικρᾶς γινομένης μέχρι οὗ τὰς γυναῖκας αἰδεσθεὶς δεομένας εὔξατο τῷ Ποσειδῶνι τὴν ὀργὴν ἀφεῖναι· διὸ καὶ νόμος ἦν τοῖς Ξανθίοις μὴ πατρόθεν ἀλλ' ἀπὸ μητέρων χρηματίζειν. quod ius maternum Herodotus I 173 universis Lyciis tribuit.

Summam vetustatem prae se fert narratio Stephani Byz. vel potius Menecratis scriptoris IV. saeculi a. Chr. de coloniis Xanthiorum Artymnesum et Pinara deductis: Ἀρτύμνησος πόλις Λυκίας ἄποικος Ξανθίων ..... Μενεκράτης ἐν πρώτῃ τῶν Λυκιακῶν (Frgm. hist. Gr. II 343) φησιν ὅτι πολυανθρωπήσασαν τὴν Ξάνθον τοὺς πρεσβύτας εἰς τρία μέρη διελεῖν· τούτων δὲ τὴν (τὸ?) μὲν ἐπὶ τὸν Κράγον ἐλθεῖν καὶ οἰκῆσαι ἐν τῷ ὄρει, λόφον στρογγύλον κατοικίσαι καὶ καλέσαι τὴν πόλιν Πινάραν ἣν μεθερμηνεύεσθαι στρογγύλην. quem locum mancum ita supplendum esse Treuber Geschichte der Lykier 93[2] cognovit, ut altera pars Xanthiorum Artymnesum condiderit, tertia Xanthi remanserit. in hac narratione num quid veri insit, quis diiudicet? sed id quidem certum est ei repugnare versus Panyassis in quibus Pinarus frater Xanthi nominatur.

Iam ad res gestas Xanthiorum adgrediamur, quarum prima eademque gravissima Harpagum Persarum ducem spectabat, quam Herodotus I 170 ante expugnationem Babyloniae (538 a. Chr.) hoc modo exponit: Λύκιοι δέ, ὡς ἐς τὸ Ξάνθιον πεδίον ἤλασεν ὁ Ἅρπαγος τὸν στρατόν, ἐπεξιόντες καὶ μαχόμενοι ὀλίγοι πρὸς πολλοὺς ἀρετὰς ἀπεδείκνυντο, ἑσσωθέντες δὲ καὶ κατειληθέντες ἐς τὸ ἄστυ συνήλισαν ἐς τὴν ἀκρόπολιν τάς τε γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα καὶ τὰ χρήματα καὶ τοὺς οἰκέτας καὶ ἔπειτα ὑπῆψαν τὴν ἀκρόπολιν πᾶσαν ταύτην καίεσθαι. ταῦτα δὲ ποιήσαντες καὶ συνομόσαντες ὅρκους δεινοὺς ἐπεξελθόντες ἀπέθανον πάντες Ξάνθιοι μαχόμενοι. τῶν δὲ νῦν Λυκίων φαμένων Ξανθίων εἶναι οἱ πολλοὶ πλὴν ὀγδώκοντα ἱστιῶν εἰσιν ἐπήλυδες· αἱ δὲ ὀγδώκοντα ἱστίαι αὗται ἔτυχον τηνικαῦτα ἐκδημέουσαι καὶ οὕτω περιεγένοντο. τὴν μὲν δὴ Ξάνθον οὕτως ἔσχεν ὁ Ἅρπαγος, παραπλησίως δὲ καὶ τὴν Καῦνον ἔσχεν. in quo loco complura enucleanda sunt. ac primum quidem Herodotus, quamquam a nomine Λύκιοι incipit, tamen non de Lyciis universis loquitur, sed de Xanthiis solis. id quod non tantum inde concludendum est, quod soli Xanthii impetu facto occidisse dicuntur, sola Xanthus in Lycia quidem ab Harpago expugnata esse, sed magis etiam ex enuntiato συνήλισαν ἐς τὴν ἀκρόπολιν τάς τε γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα καὶ τὰ χρήματα καὶ τοὺς οἰκέτας. hac re demonstratur Xanthum totius Lyciae tum adeo maximam ac firmissimam urbem fuisse ut reliqua pars neglegi posset. quod iam sensit Treuber Geschichte der Lykier 91 sq. qui p. 92 τῶν δὲ νῦν Λυκίων φαμένων Ξανθίων εἶναι οἱ πολλοὶ πλὴν ὀγδώκοντα ἱστιῶν εἰσιν ἐπήλυδες interpretatus est: Nach Herodot kam damals die ganze Bevölkerung der Stadt Xanthos um, 60 (sic) „Herde" ausgenommen, die zur Zeit der persischen Invasion sich nicht in der Heimat befanden, und war die Mehrzahl der Lykier, die sich zu seiner Zeit Xanthier nannten, von auswärts gekommen. similiter Stein in commentario anni 1870: obgleich sie vorgeben X. zu sein; sed anni 1877: obgleich sie vorgeben Lykier zu sein (iam 1856: Verb. οἱ πολλοὶ τῶν Ξανθίων φαμένων Λυκίων εἶναι), sicut Krueger (der jetzt Lykier zu sein vorgebenden Xanthier) et Abicht. et recte hi quidem, quoniam Xanthiis mortuis, qui extremo in enuntiato, quod antecedit, nominantur, Xanthios superstites opponi consentaneum est, non Lycios. unde simul elucet ἐπήλυδας qui nomen Lyciorum simulabant non ex aliis Lyciae oppidis advenisse sed peregrinos fuisse velut Graecos. quamquam non omnes illius aetatis Xanthii etiam praeter octoginta illas gentes erant tales ἐπήλυδες, quia subiectum est οἱ πολλοί, id quod Treuber neglexit. iam vero si quaeras ubi illae octoginta gentes Xanthiorum dum ceteri Xanthii pro patria moriuntur commoratae sint, nolim cum Treubero respondere eas coloniam posse deduxisse; ex ipsis enim Herodoti verbis οἱ πολλοὶ πλὴν ὀγδώκοντα ἱστιῶν εἰσιν ἐπήλυδες apparet eas paulo post Xanthum revertisse. itaque quia Lycii ab antiquissimis temporibus sicut hodie rei potissimum pecuariae student, veri simile est tum illas gentes in campis pervagatas esse pecorum pascendorum causa.

